



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Disptatio I. De superstitione, eiusque speciebus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](#)



TRACTATVS XVII.

DEVITIISOPPOSITIS RELIGIONI.

PROOEMIVM.

VARIA sunt vitia Religioni opposita, ut constat ex D. Thom. 2. 2. à quest. 90. specialiter 92. in princ. Alia opponuntur Religioni per excessum: Alia per defectum. Cum enim virtus moralis medium respiciat, ab eo per extrema excessus, vel defectus recedi potest: quomodo cunque recessus contingat est vitium: quia medium, in quo virtus consistit, non attingit. Exempla defumi possent ex Liberalitate, Temperantia, aliisque virtutibus moralibus medium respicientibus, quibus tam per excessum, quam per defectum aduersari potes. Liberalitatem nāmque aduersaris per excessum, si prodigus sis, per defectum, si avarus: & sic de aliis: sic in materia Religionis opponi dicuntur per excessum ea, quibus creaturæ cultu debito Deo coluntur, vel Deus modo indebito colitur. Non quia in cultu Dei, si verus cultus est, possit esse excessus, cum Deus maior sit omni laude; sed quia in mediis assumptis ad illum colendum excedere potes: eō quod allumas media ad illum honorandum, que honoratua non sunt, sed potius diuinæ Maiestatis despiciua. Per defectum autem Religioni opponuntur ea, que denegant Deo debitum cultum, ipsumque despiciunt. Vitia per excessum sunt Superstitione, Idololatria, Diuinatio, variisque obseruantia. Vitia per defectum enumerantur, Tentatio Dei, Blasphemia, Sacrilegium, Simonia, Periurium & Infidelitas in promissis impletis. De Periurio, & Infidelitate, cum de Voto, & Iuramento sermo fuit institutus, egimus. Quocirca in præsenti de aliis vitiis agendum erit. Triplici disputatione tractatum absoluemus. Prima erit de Superstitione, eiusque specialibus vitiis Religioni oppositis per excessum. Secunda de Tentatione Dei, Blasphemia, & Sacrilegio. Tertia de Simonia.

DISPUTATIO I.

De Superstitione, eiusque speciebus.

PVNCTVM I.

Xnde superstitione dicatur, quid sit, quotuplex, & quam graue peccatum.

SUMMARIVM.

1. *Vnde deriuetur superstitione.*
2. *Eius definiri expeditur.*
3. *Falsus cultus dupliciter contingit.*
4. *Verbi potest circa Deum, & circa creaturas.*
5. *Superstitione per se grava est peccatum, aliquando contingere potest esse veniale.*
6. *An ieiunare die dominica sit peccatum.*
7. *Quid cum vnes in honorem alicuius sancti ieiunare, cuius vigilia incidit in dominica?*

1. **V**atic procedure doctores in explicanda origine huius vocis. Nam Cicero lib. 2. de natura Deorum, dixit deriuari ex illo facto, quo aliqui totos dies precantes, & im-

molantes intendebant consequi ut sibi liberi superstites essent. Hi ergo ratione huius finis per nimium cultum procurati, superstitionis vocabantur Luciferius (propt. refert Isidor. lib. 8. Etymol. r. 3.) Superstitionem inde dictam præstat, quod sic superstitionis terum, hoc est coëstium, & diuinarum, que super nos stant ianis, & vanus timor. Erat enim Luciferius Epicurus nullam in Deo providentiam agoscentem resum humanarum, eaque de causa putabat vanum, & inane esse illum timere. Alij vero, vt Lactant. lib 4. diuinar. institut. cap. 28. Superstitiosos dictos exanimant: eo quod superstitem mortuum memoriam coerent, vel quia parentibus suis superstites imagines eorum domi, tanquam eos venerantur. Item Servius dicit superstitionem à superficie dictam esse, quæ animalium propria est, que multis per artetem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addicte, dum volunt videri nimis religiose, superstitione sunt, & ita delirant. Tandem Isidor. supra dicto loco affirmat superstitionem à superstatuo, vel superstitio derivari, quia est superflua, vanaque obseruancia super statuta, seu instituta maiorum. Et hoc videtur esse veritati conformius.

2. Sed undeconque haec vox deriuata sit, superstitione idem est, ac indebitus cultus, seu vana religio: sic omnes Catholicum cum D. Thom. 2. 2. q. 92. art. 1. Hic vanum cultus alias est falsus, & aliis superfluis, cum enim Deus in spiritu, & veritate adorari debeat, iuxta illud Ioano. 4. In spiritu, & veritate oportet adorare, efficitur cultum virtute oppositum falsum dicti, oppositum spiritui vanum, & superfluum: superstitionis est qui ex se nihil falsum significat: At Dei honoratius non est, eo quod per se spectatus deq; ad excitandum spiritum, neque ad Dei gloriam ordinatur, vt si in officio diuino aliqua vanam misceas, si orationes fundas rot candlesti talis coloris appositis, & non alteri, si in Missa, officioque diuino aliquas ceremonias

ceremonias præter Ecclesiæ morem missæas: ut bis *Alleluia* vbi nūnum, vel nullum est dicendum *Gloria & Credo*, vbi omittendum est. Hæc enim media assumpta ad honorandum Deum non illum honorant, sed dehonestant; sed quia per se nihil falso significat; ea de causa cultus, qui illis defertur Deo, superfluous dicitur, non falsus. Dices significant Deum coli illis actibus, quod est falso, & blasphemum. Ergo nullus est cultus superfluous, qui non sit etiam falso. Respondeo significare ex intentione operantis non ex se, ex enim potius dicatum Deum i lis vanis actibus colendum esse. Secundo Dices: si Deus illis mediis vanis non coit, sed dehonestatur. Ergo cultus ei per illa exhibitus non solum superfluous, sed falso, & mendax est. Respondeo falso quod cultum formaliter, non quoad materialem. id est cultum illis exhibuisse veritate cultus, non tamen aliam in se falsitatem continere.

3. E contra cultus falso ille dicitur, qui hanc falsitatem formaliter cultus præstat aliquid falso significando, quod duplice contingit vel ex parte coalentis, vel ex parte medi, quod assumitur inculsum. Ex parte coalentis contingit falsitas, si fingat se colere *Dum nomine Christi*, & *Ecclesiæ* cum tam Christus, & Ecclesiæ hanc illi facultatem non tribuant: quod cultum in cultu publico, & qui nomine Ecclesiæ sit, euenire potest, vt scilicet probat *Suar. tom. de relig. lib. 2. de superfl. cap. 2. a num. 15. & seqq. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 37. num. 3.* Solum enim ille cultus, ad quem præstandunt habet Ecclesiæ ministros designatos usurpari potest à non designato, & cum talis usurpatio est falsitas ex parte coalentis; quia finxit se nomine Ecclesiæ Deum colere, cum tamen Ecclesiæ illi cultum non committit. Si qui se finget sacerdotem, & attinet missam dicere, committeat falsitatem ex parte coalentis. Et idem credo de vero Sacerdote deposito; quia est quod substantiam sacrificium nomine Christi offerat, at non quoad circumstantiam temporis, cum illo tempore, quo präceps est, noller Ecclesia, neque Christus, vt nomine suo offerat. Falsitas ex parte medi in cultum alium pri contingit, si medium assumas ad Deum colendum, quod falso significat. Exemplum est, si modò offeras vitulum in sacrificium; denotas enim sacrificium Eucharistie non esse unicum, omnia sacrificia antiqua absorbens. Item si in Sacramentis multitudinis, mutares formam, aut materiam, quia tunc falso significares Sacramentum confidere, cum ramen Sacramentum non sit. Idem iuris est, si falsis miraculis, aut testimoniorum veritatem nostra fidei confirmares. Non enim his mendacis veritas indiget.

4. Rursus falsus cultus potest directè versari circa Deum, & circa creaturas. Circa Deum versari, quoties Deus falso significanribus colitur, vel vt melius dicam dehonestatur, vt ex exemplis alia confat. Circa creaturas falsus cultus versatur, si cultum debito Deo attribuas creaturis. Et hoc tripliciter contingere potest. Primo. Si illis attribuas honorem recognoscens in eis diuinum quid esse, qui cultus, seu superstitionis vocatur *Idolatria*: ad quam speciem reducitur, qui falsis & reliquis honorem veris debitam tribueret, & qui hominibus perditum honorem, & cultum, qui sanctis debetur, praefat. Secundo. Contingit falsitas in creaturorum cultu, si honorem tribuis, vt ab eis cognitionem rerum occultarum obtineas, & hac superstitione vocatur diuinatio. Tertiò, si tibi auxilium & favorem præstent, & hac appellatur vana obsequiaria: sic *D. Thom. ab omnibus receptius 2. 2. quaest. 92. & 93.*

5. Quod vitium verò quam graue peccatum sit superstitione, breuiiter respondo, per se peccatum esse mortale superstitione, falso vel ex parte coalentis, vel ex parte rei significante. Ex parte coalentis, quia *Ex usurpatio legationis in materia grauefina*. Ex parte rei significante, quia factio ipso se infidelem profiterit: sic *Nauarr. cap. 11. n. 24. Caietan. 2. 2. q. 93. art. 1. & in sum. verbo superstitione, cap. 1. Valent. tom. 2. dif. 6. q. 10. part. 2. vers. 2. autem quaratur, Lessius lib. 2. c. 43. dub. 1. n. 4. Sanch. lib. 2. cap. 37. n. 5. Suarez tom. 1. de Religionib. 2. de superfl. cap. 2. n. 18. Bonac. difff. 3. de primo decal precept. q. 5 p. 1. num. 2.*

Secundo respondeo superstitionem vanam, & superfluum aliquando esse mortale, aliquando veniale: Sic *Bonac. numero 4. Lessius numero 5. Suarez nro 21. Nauarr. numero 24. Valent. part. 2. fine. Sanch. nro 10.* Quando auctor mortale, vel veniale sit ex materia grauitate penitendum: si enim recitans officium diuinum loco aliquo antiphona, vel psalmi vano aliqua verba miseres, sine dubio grauiter peccares; tum quia grauem Deo irreuerentiam irogas, quem intendis vanis rebus cultu publico colere, & honorare. Tum ipsi cultu publico, quem deuperas. Idem iuris est, si turpia aliqua miseres, rametsi ut patrem diuinis officiis non immisceas. At si solum aliqua indifferetia immisceas, & non in tanta quantitate, vt orto diuini officii grauiter perturbaret, neque vt illius partem, peccatum solum erit veniale. Qua ratione à gravi culpa excusatuntur addentes aliquas ceremonias, & orationes in Missa,

& officio diuino, recitantes, & orantes hac positione corporis, his gestibus, & figuris, &c. Sic supradicti Doctores.

6. Ex his infetur decisio illius questionis, an sit peccatum mortale ieiunare die dominica? Et quidem si in contemptum Resurrectionis Christi Domini, quasi vetè à mortuis non surrexisse ieiunares, qualiter Manichæi ieiunabant debet non est te grauissime peccatum; quia falem facto ipso heresim prefieris, & in houis hereticis exterminationem Ecclesiæ ieiunium dominicale prohibuit: cap. si quis presbyter 30. difff. cap. sacerdos 16. q. 6. & cap. ne quis ieiunet de confess. difff. 3. Idem iuris est, si ex fine improbandi hoc Ecclesiæ preceptum ieiunare; quia iustissimum legem improbat blasphemum est. At si culculo quolibet malo fine ob finem bonum, & vel magis dispositus sit ad Deum laudandum ieiunare, culpa mortalitatis non erit. Quia lex illa prohibens ieiunium dominicale videtur cœlestis, quia cœlestis heres Manichæorum, ad quam extermandum fuit ieiunium prohibitum. Neque appetet ex quo alio capite illicitum esse possit. An vero sit peccatum veniale; credo esse, si solo die dominico ieiunates; quia tunc vere superfluo, & singulari cultu præter Ecclesiæ morem; cum enim aliis diebus tibi concessum sit ieiunare, & die dominica interdicatur, hunc ordinem inuertere nulla rationabilis causa virgente, ad minus peccatum veniale censendum est. Tom. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 37. n. 13. & 15.

7. Secundo infero, si in honorem alii cuiuslibet Santi eius festum ieiunare voleas, & festum incidat in die dominica, non forte superfluum, si die dominica ieiunare; quia tunc dominica dies per accidens ad ieiunium habetur, ieiunis est vox obligatus; quia est de materia licita, neque impeditiva majoris boni poteris tamen propria autoritate in eam attecedentem, vel frequentem communare; quia videtur gratius Deo ob ritum vniuersalis Ecclesiæ die dominica non ieiunatis, ieiunium in alium diem transferre: Sie *Sanch. apud. numero 18.*

P V N C T V M . II.

Quid sit Idolatria, & quale peccatum.

S V M M A R I V M .

1. Definitur idolatria.

2. Est maximum peccatum inter ea, que virtutibus moralibus app. numeris.

3. Si contingit cum heresi pœnas heretici incurrit, secum si abesse heresi.

1. *I* Dololatria prima, & præcipua species superstitionis est idolorum cultus, quo idola nullam diuinam habentia pro veris Diis honorantur. Generaliter autem quilibet honor diuinus creature attributus idololatria est. Depliciter autem hunc cultum creature attribuere potes. Primo credendo in creatura diuinitatem residere, ob quam diuino honore dignificat, & tunc est idololatria hereticalis, seu mixta heresi. Secundò, cognoscendu nullam in creatura esse diuinitatem, vis tamen ob aliquem speciem respectum honorem Deo debitum illi tribueri. Quomodo conque autem contingat idololatria, siue cum heresi, siue absque illa, grauissimum est peccatum, & Deo maxime iniuriosum: siquidem eius honorum usurpas, & alteri tribuis: scilicet quin vis eius diuinitatem tollere, & creatura confidere, quod est summa blasphemie, neque hoc peccatum excusat potest vlo metu, & timore; quia est res intrinsecus mala: & in his omnes convenient, *Sanch. lib. 2. in decal. cap. 37. n. 21. Valent. 2. 2. difff. 6. q. 11. part. 2. vers. ex diuer. a. & p. 3. vers. neque obstat.*

2. An autem sit maximum peccatum? Breuiiter respondendo esse maximum inter ea, que virtutibus moralibus opponuntur. At est inferior virtus, que Theologicis virtutibus aequaliter sunt. *Si Suarez lib. 2. de superstitione cap. 6. num. 15. Notandum dixi idololatriam esse cultum, quo honorem Deo debitum creature exhibes, qua posita exhibitione quantum in te est, conciliatis creature exultationem Deo debitum: siquidem nullam a via conciliatur hec estimatio, quam illus cultus exterior exhibitione. Quocumque non video, quomodo sine voluntate attribuendi creature honorem debitum Deo, idololatria esse possit: tamen si possit esse sine fine voluntate, vt de facto creature consequatur illo cultu estimationem Deo debitam: immo potest esse idololatria cum voluntate contraria, qualem solent habere Catholicos, qui metu mortis signa adorantur: idolis exhibent, non ex affectu honorandi idolum, & coquandis ei diuinam estimationem sed ex affectu fugiendo mortem imminentem: si illa adoracionis signa non exhibent: vt latius expedit Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstitione cap. 4.*

3. Quando idololatria contingit cum heresi, nonas heretici incurrit, si absque heresi nullam ipso iure constitutis:

at venis puniendus arbitrio iudicis pro qualitate criminis, ut laicos diximus, cum de peccatis hereticorum, & illorum, qui de heretici sunt, sermonem fecimus.

P V N C T Y M III.

Quid sit diuinatio, quotuplex, & quale peccatum.

S V M M A R I V M.

1. Demon futura contingentia pendentia à libera voluntate certè cognoscere non posse.
2. Futura à causa naturali necessario prouenientia bene cognoscere posse.
3. Variis modis homines instruuntur, & occulte docent damones.
4. Expeditur definitio diuinationis.
5. Duplex est diuinatio, & vrraque grauissimum peccatum.
6. Quod intelligitur, serio media illi vanis vteris, quid si ioci causa, vt experiaris, quid casu accidat, raro à mortali excusatur, plures contra sentiantur.
7. Observare somnia, auguria, &c. non vt certa, sed vt contingenti non videtur mortale una, vel altera vice, secus si frequenter.
8. Non videatur graue peccatum, si cum alio pactum ineas, ut premortis superstitione apparere. Deo id concedente, monituras de sua salute, raro tamen à culpa venialis excusatur.
9. Inuocatio damoni tam expressa quam tacita multiplex est pro multiplicitate rerum, quae ad diuinacionem assumuntur.
10. Tacita, & expressa inuocatio non videtur scie differre.
11. At in confessione declarare debes, quomodo diuinaturis.
12. Omnis diuinatio sua tacita, sua expressa ad superstitionem pertinet.
13. Supersticio procedens ex patto expresso cum demone plurimes malitia habet.

1. Primitendum est damonem futura contingentia à libera voluntate pendentia certè cognoscere non posse, iuxta illud Ili. 41. Annunciate nobis, que futura sunt, & dicemus, quid Dī effis vos. Item neque certè cognoscere cogitationes, & affectiones hominum internas in voluntate sedentes, iuxta illud 2. Paralipom. 6. Tu solus nos t' corda hominum. Verum eis hæc certò non cognoscant, probabilissimè tamen ea coniectant. Tum quia causas naturales omnes, & vim earum perfectissime norunt. Tum quia norunt hominum affectiones, & naturales eorum inclinaciones. Tum quia maxima experientia possunt, & memoria retinunt quid ex quo communiter sequuntur. Tum quia sagacissimi sunt, & Deo permitte hominemphantasma variis viis perturbant.

2. Secundo primitum futura, quæ à causa naturali necessario prouenient optimè damones predicere possunt: quia eorum cognitio non excedit eorum naturam. Idem est de cogitatione praesentium, quæ in actu exteriū prodierunt. Quapropter scientia facta consilia, futura, aliisque occulta pertinente voluntate penduntur.

3. Tertio primitum variis modis damones instruere homines posse, & occulte docere. Primo obiciendo sensibus vera corpora aliunde asportata, vel à se fabricata, vel saltu obiciendo similitudines corporum mediis, quibus responsum reddit, & homines instruit. Secundò formando in sere aliquam vocem, que solùm à diuinatore audiatur. Tertio immutando phantasiam, sensus exteriores, & his similia: cum enim damo nymulato sit diuinæ excellētia, & omnes modos, quibus Deus suos seruos instruit, usurpare conatur, vt hac ratione excellētiam diuinam arroget, & offentre, & in omnibus Doctoris referendi conueniant.

4. Diuinatio in præcepto est futurorum contingentium prædictio modo indebito: Sic D. Thom. 2. 1. q. 95. art. 1. Azor. 1. p. in libro moral. lib. 9. cap. 12. q. Va en. diph. 7. q. 12. p. 1. Sanchez. lib. 2. in decal. cap. 3. 8. n. 1. Suarez. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. c. 7. n. 1. & p. 5. Lessius lib. 2. de inst. c. 43. dub. 5. n. 21. Norante dixi, futurorum contingentium quia in ipso prædictio speciale diuinatio constituitur, tametsi ad prædictiōnēm cuiuscumque oculi, quod nulla humana vi cognosci potest, extensatur. Dixi indebitis modis, quia debito modis scilicet ex diuinā reuelatione future prædictio non est diuinatio, sed propria. Debet ergo prædictio à diuinā prouidencia minime ordinatis comparari. Hæc autem alia esse non possunt, præter auxiliū, demoniorumque instructionem. Nam exinde Deo, & Sanctis Angelis non est aliud qui occultiori noticiam, & quæ vi naturæ non possunt cognosci, prædictio possit. Ergo si ad aliam quæ Deo: eiusque Angelis, noticiam occultorum, prædictio, conuenienter à damone præcurata.

5. Dupliciter hanc prædictiōnēm præcurate putes, & iuxtam duplex est diuinatio alia quæ si inuocatione expressa damoni, & hec verbis, & factis fieri posset. Verbis, si verbis expressis eum inuoces; factis, si facta usurpes, quibus sic damonem respondere. Alia diuinatio, qua præcuras occultorum prædictiōnēm tacita damoni inuocatione, & hec contingit, cum vano verba, & facta usurpas ad illius prædictiōnēs consecutionem. Dicuntur autem vanæ; quia ex se non valent notitiam illorum effectum præfati eo quod cum effectibus nullam habent connoctionem: si igitur hec usurpes ad aliquos effectus cognoscendos, videbis sane velle à damone noticiam habere: cum enim, vanis verbis, & factis nullus alius nisi damon moueri posset ad prædictiōnēm illam concedendam; quia non sunt media apta, quibus Deus, bonusque Angelus mouetur, neque eius bonitatem decent, conuincere sanè illa usurpas velle à damone prædictiōnēm illam obtinere, coi hec vanæ, & futilia complacent. Neque valet dicere te nolle à damone edoceri; & cum illo pactum inire, si factum usurpas, cui nullus alius, nisi damon se immisceret. Nam factum ipso opem damoni imploras, quantumvis verbis contrarium dicas; ut bene dicit Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 8. num. 5. Sanchez. lib. 2. in decal. cap. 3. num. 4. Suarez. lib. 2. de superstit. cap. 9. num. 13. & seqq. Bonac. dispu. 3. de primo decal. præcept. quæf. 5. punct. 3. num. 6. Unde hæc inuocatio sive expressa, sive tacita grauissimum peccatum est, non levitatem materiae admittit, eius autem malitia in eo sita est, quia haec expressa vel tacita inuocatio vis amictiū cum iniquissimum inire, eiūque discipulum esse, quod est quoddam genus proditiōnis, & apostatae. Sic Cateian. 2. 2. q. 95. art. 2. Suarez. lib. 2. de superstit. c. 7. n. 10. & c. 9. n. 13. & 16. Sanchez. lib. 2. cap. 3. num. 4. & 5. Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 5. n. 27.

6. Adiuero tamen supradicta procedere, cum serio medius illis vanis vteris ad prædictiōnēm occultorum habendamnam si illis mediis utraris ioci causa vt experiaris quid casu accidat, quid tale signum designet, credens tonum esse futile, & inane, communiter Doctores existimant neque esse superstitionem, neque excedere culpam veniale, Sic Valent. 2. 2. diph. 6. quæf. 12. p. 4. Delius lib. 5. disquisit. mag. cap. 2. quæf. 4. Sanchez alios referens lib. 2. cap. 3. num. 20. Bonacina dispu. 3. de primo decal. præcept. quæf. 5. p. 3. n. 17. Suarez. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 9. n. 1. & alij apud ipsos. At credo raro à mortali hunc vrum excusari, qui compertum tibi est illi media improporatione esse ad significandum occultos effectus. Ergo cum tentas vide quid ex illi accidat, quidve significant, tantas experiri, ad factum se damo illis immisces, & consequenter tentas cum damone Societatem haberes, quod eiūus ex ioco videatur grave peccatum.

7. Existimat autem regulariter solum esse veniale peccatum obseruare vanæ, vel altera vice, somnia, auguria, aruspicia, fortis, & similia, non vt certa signa futuri eventus, sed vt contingentiæ, qui certam fidem iis superstitionibus non praestans, non videris perfidè superstitionis tametsi in periculo verteris. Dixi obseruare somnia, auguria vna, vel altera vice: si enim communiter hæc obseruares, & iuxta illas actiones diriges, non dubito te grauior peccaturum, quantumvis dicas illis fidem non habere, quia factis illis denoras credete alijs non ita efficaciter ad illatum normam actiones componentes. Sic Cateian. in sum. verbo somniorum obseruatio. Nauat. sum. cap. 1. n. 33. & 37. Azor. lib. 9. cap. 17. fine, Sanchez. lib. 2. in decal. c. 38. n. 21. & 2. Suarez. lib. 2. de superstit. c. 13. n. 25. Bonac. dispu. 3. de primo decal. præcepto. g. 5. p. 3. n. 18.

8. Erit secundò te non peccare gravior, si cum alio pactum ineas, ut premortis superstitione apparere. Deo id concedente monituras de sua salute, quia nihil intendis ope damoni cognoscere. At raro à culpa veniali tale pactum excusabitur. Tum ob curiositatem vanam, tum ob periculum deceptionis, quod sèpè in his apparitionibz soler contingere. Quare iure optimo hos enjolos reprehendit. Martin. Delio lib. 2. disquisit. mag. 9. 26. & 7. Bonac. dispu. 3. de primo decal. præcepto. g. 5. p. 3. in fine, Sanchez. cap. 48. n. 21. fine.

9. Rursus inuocatio damoni tam expressa, quam tacita multiplex est pro multiplicitate rerum, quæ ad diuinacionem assumuntur, de quibus latè Delius lib. 4. disquisit. mag. cap. 2. q. 6. & 7. Breuerius tamen eas enumerant Sanchez. n. 2. lib. 2. cap. 3. num. 25. Suarez. cap. 8. in prime. & cap. 9. num. 5. Azor. cap. 12. & seqq. sed quia in specie morali non discuntur, supervacuum duxi ea nomine. Non enim differt in genere moris diuinare per aquam, per ignem, per astram, per somnia, per sortes, tametsi in genere entis datur differentia: sicut funum au-

si non differt à tutto argenti iā genere motis: sic Azot. i. p. lib. 3. c. 12. q. 2. Suarez t. 1. de Relig. lib. 2. de superst. c. 9. n. 5. & c. 10. n. 2. & 3. Sanch. lib. 2. in decal. c. 38. n. 14. Bonac. disp. 3. de Pigno decal. precept. q. 5. p. 3. n. 20.

10. Solum inter invocationem tacitam, & expressam est difficultas; an sit aliqua differencia specifica necessaria in confessione manifestanda? Ratio difficultatis est: quia idem iuris est taciti, ac expressi: leg. de quibus, in fine, ff. de legis. & leg. cum quid. ff. si certum peratur, & late Eberatus loco ab expresso ad tacitum num. 1. Professio enim tacita, & expressa non differunt. Et idem est de confessu in quilibet contractu. Et confirmo. Tota malitia diuinacionis constituit in voluntate impetrandi à domine, quod faciat à Deo expostulandum; sed hæc voluntas eadem est, sive verbis id postules, sive factis. Item cum vteris factis, quibus locis demonem se immiscere, censuris exprestè demonem invocare: sed eadem malitia videatur esse, cum vteris factis, quibus scis nullum alium nisi demonem se immiscere posse; tametsi necias, an de facto demon se illius immixtus sit. Ergo tacita invocatione non differt ab expressa. Ergo non tenet hoc in confessione exprimere, sed lausfacies, si dicas te in diuinatione mortaliter peccasse & na tener. Victor. sum. vbi de confess. n. 176. in fine Adde, esto, tacita invocatione ab expressa differat, differat tamen sicut imperfictum à perfecto, quod non arguit diueritatem specificam, sed gradualem maiori, vel minoris gravitatis; vt dicit Sanch. cap. 18. n. 24. Suan. lib. 2. de superst. c. 10. n. 1. Bonac. p. 3. n. 20. & fauet D. Thom. 2. 2. q. 9. 5. art. 3. ad 1. dicens: multo grauius est demones invocare, quam aliqua facete, quibus dignum sit, vt se demones gerant. Non enim dixit diuersum esse specie, sed esse grauius; quasi iudicans grauitatem esse intra eandem speciem. At eis probabilis sententia neminem obligatum esse circumstantiam aggravantes intra eandem speciem in confessione manifestare. Ergo eis probabile non esse obligatum manifestare expressam demonis invocationem.

11. Ceterum credo, ut obligatum esse manifestare pactum expressum: Sic Sanch. Suan. Bonac. locis allegatis id tanquam certissimum reputantes. Ratio ea videatur esse: quia in confessione manifestare teneris non solum distinctionem specificam peccatorum, sed & numericam. At cum voluntatem habes expressam demonem invocandi, distinctum peccatum est, ac est illud, quod committis tacita invocatione; quia in tacita invocatione solum hæc voluntas virtualiter adest non formaliter, sed voluntas formalis à virtuali est numero distinet. Ergo teneris in confessione has voluntates distinguere. Neque obstat ratio contraria. Fatoe non differt species tacitam invocationem ab expressa: quia numero differunt manifestanda est.

12. Deinde est difficultas; an omnis diuinatio fœcita, sive expressa ad superstitionem pertinet? Negat Valen. 2. 2. disp. 3. q. 12. p. 1. in princ. indicat Lefsius. lib. 2. de infit. cap. 43. dub. 5. n. 28. Moutent; quia superstitione constitut in voluntate attribuendi creature diuinum honorem, at sola diuinatio futuorum contingentium pendentia à causa libera ad Deum pertinet. Ergo sola hæc diuinatio superstitione est. Et confirmo, cùm à demone peris scientiam aliquius oculi effectus praesens, non peris aliquid quod eius potestatem excedat, ergo nullum illi tribuis diuinitatem. Ergo neque superstitionem committis, tametsi grauissime pecces. Ceterum probabilis est veram eff. superstitionem: Sic cum D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 2. doceat Cajetan. ibi in fine, Suarez lib. 2. de superst. cap. 8. à num. 16. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 38. à numer. 9. Ratio est: quia ex proprio diuinitate iure vult Deus, vt creatura omnes ad ipsum confugiant, in eoque fidant. Qui ergo illo reliquo confugeretur ad suum inimicum, in eoque confideret; plane ciuij iuri diuino derogaret, & quod illius proprium est veller inimico tribuere. Ergo committe superstitionem, & tacitam idolatriam: & per hæc pater solvito contrarie rationis.

13. Notandum tamen est cum Suarez lib. 2. de superst. cap. 8. à num. 22. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. n. 26. Lefsius lib. 2. de infit. cap. 43. dub. 5. n. 28. Superstitionem procedentem ex patre expresso cum demone plures malitias adiunctas regulatrices habere: habet namque speciem idolatriæ, sicut tanquam quid diuinum recognoscas; heres speciem, si eum talem esse credas; vanitatis, & superbiae, si ad conciliandam opinionem vulgi iis superstitionis mediis varijs. Quapropter confessarij in horum examine diligenter esse debent; vt eorum malitiam, & peccati circumstantias plenè cognoscant.

P V N C T V M I V.

Qua ratione diuinatio per astra absque expressa invocatione dæmonis licita sit?

S V M M A R I V M.

1. Ex astris prædicere naturales effectus, nullum est peccatum.

2. Idem est de temperamento, conditione, qualitate, & inclinazione cuiusvis viuentis.
3. Sed hi effectus certè prædicti non possunt: sed sub quadam probabilitate.
4. Ex astris essentia ex libera hominis voluntate pendentes, ut occultos effectus prænuntiare superficio est.
5. Quid si non certo, sed probabilitate prænuntiantur? Argumentum est superstitionem eff.
6. Secus vero, si solum conjecturaliter.
7. An hoc conjecturalis, & tenuissima prædictio sicutem metu proprio Sixti V. prohibetur? Affirmant aliqui.
8. Probabilis censio non prohiberi.
9. Satistis oppositis rationibus.
10. Quid dicendum de Zahoris? Approbatur doctrina Sanch.

1. Dplex genus effectuum ex astris prædicti potest, aliud effectuum naturalium, aliud continguum. Si ex astris prædictis naturales effectus, scilicet serenitas, vel temperatorem, pluviam, vel grandinem, peccatum superstitionis non committis; quia negari non potest ipsos orbis celestes horum effectuum causas esse, & licet exceedas in prædictio, quia plus certò eos prædictis, quam ex astris colligi posse ex seculi damno aliqui extrinsecus peccatum mortale non erit, sed veniale tantum, vitium imprudentia, temeritas, lea mendacij. Sic Sanch. lib. 2. in decal. c. 18. n. 29. fine, Stuar. t. 1. de Relig. lib. 2. de superst. c. 11. n. 5. & 12.

2. Idem quod dictum est de his effectibus dicendum est de temperamento, conditione, qualitate, & inclinazione cuiusvis viuentis: si enim ex astris prænuncies aliquem superbiz, arroganzia, ita, alisque passionibus esse subiectum, non peccas grauiter; quia ex influentiâ auctorum in nativitate cuiusvis continguum hæc inclinationes magna ex parte proueniunt.

3. At hi effectus certè prædicti non possunt, sed quadam tenuissima probabilitate: Tum quia aspectus auctorum neclafarii ad horum iudicium ferendum perfectè non cognoscitur, tum quia ab aliis causis præter alia dependet. Tum quia sapientia impedientur. Quis enim non videt fieri impossibile esse, in quo cognoscit aspectus auctorum, qui in puncto nativitatis regnanti, cum eorum motus ita velocissimus sit, & quolibet puncto varietur. Adde, esto cognoscere aspectus auctorum in puncto nativitatis regnantes, non tamen cognoscere potest astra regnania in puncto conceptionis, sed ad temperamentum viuentis non minus, immo potius efficacius conducunt astra conceptionis, quam nativitatis; quia fetus tenetur est, & facilior penetratur. Item inclinatio, conditio, & temperatura viuentis non tam ex astris collegi debet, quam ex temperatu parentum, & alimento, quo nutritur, scilicet sub eisdem auctris semet terra bona mandatum vberem fructum reddit, mandatum vero terreni incolæ nullum producit. Ergo summa est imprudentia ex solis auctris velle inclinations hominum cetero prænunciates & ita tener & optimè probat Suan. lib. 2. n. 9. Sanch. lib. 2. c. 18. n. 29. Lefsius lib. 2. c. 44. dub. 6. à n. 32.

4. Si autem ex astris essentia ex libera homini arbitrio pendentes, aut effectus oculi prænuntiantur, vel, superfluum committis. Quapropter non licet ex astris prædicere futura bala, contentiones, amulaciones: item neque cum eorum moribom tibi esse euenterum, neque periculum mortis incursum, neque matrimonium celebratum, iter factum, dignitatem consecuturum, & his similia: quia hæc omnia ex voluntate libera pendentes, ac proinde ex auctris prænuntiis nequaque possum. Idem igitur est de furis oculis, alii que hominum actionibus, iuriis humanae induitiae inuestigari non possunt, scilicet astra inuestigare tentes peccatum grauissimum superstitionis committis: Sic omnes doctores cum D. Thom. 2. 2. q. 9. 5. art. 5. & constat ex illo Deuteronom. 18. Gentes ita, quorum poldebitis terram, augures, & diuinos consule, tu autem alter à domino Deo tuo institutus es. Et Ieremias cap. 10. A. sequitur cali nolite mesuere, quia timens gentes, quia leges populi vane sunt. Ex iure autem canonico confit hoc esse peccatum: ex cap. illos. 2. 6. 9. 2. cap. igitur. 20. 9. 3. cap. non licet, 2. 6. 9. 5. & alios, & ex Bulla Sixti V. contra Alstrologos: Ex iure autem civili confit, ex leg. nemio & leg. eis. Cod. de maled. & Mathematic. & leg. Mathematica. Cod. de Episcopali auctoritate. Ratio est, quia alia esse non possunt causa naturales horum effectuum; alias non essent liberi. Neque etiam esse possunt eorum signa naturalia ob eandem rationem. Relata ergo, vi solum esse possint signa ad placitum: sed hoc videatur impossibile cum astra univoximenter procedant, & effectus in mundo contingentia diuersissimæ sint ut pater in Iacob, & Esau, qui eis simul nati sunt, diuersas inclinations, mores, & facta praetulerunt. Ergo idem signum non potest hæc diversa significare, nisi signum sit æquivocum: & admisso gratis esse signum ad placitum futuorum euenterum, certum est humana industria id cognosci non posse: unde enim cognoscere potest esse impossibile ad significandum futurum euenterum contingencem.

Resist.

Restat ergo, ut ea possit cognoscere auxilio Dei, vel ope Daemonis. Deus autem, ut hec dictum est non se immisceret his vanis, futilibus, falsisque regulis Astrologia. Ergo ope daemonis ea cognoscet. Non quia ipse dæmon ex alterum aspecto colligit quid homo liberè factus sit, hoc enim est impossibile: sed quia ipse dæmon, ut item suam commodet, & discipulos ad se perturbat in malumque confitentes sub regulis Astrologie futura prædicet, quia tamen ipse, ut sic prædicta fuerint, manum apponit. Quare illis regulus viens ac occulte cognoscenda tacite salem dæmonis auxilium invocat.

3. Quocirca solum est difficultas; an licet ex aliis his futuros eventus, & occulte facta prædictere non certò, sed probabilitatem tantum. Affirmant Caetan. 2.2. q.95. art. 5. paulo post prime pium, ver. in articulo eodem, & in fine. Valen. diff. 6. q.12. p.3. vers. 3. Martini. Delio lib. 4. disquisit. mag. cap. 3. q.1. concil. 2. Tolent. lib. 4. sum. c. 15. n. 6. Et morieri possunt qui naturaliter vniuersitate suam naturalem proportionem, & inclinationem sequuntur, sed haec inclinationem altra non leuiter conducunt. Ergo ex illis saltem probabilitate vniuersitate facta enunciari possunt.

Dicendum ergo est: ex solis astris hæc prænuntiare absolute, tamen non certò prænuntiare, est superficie; quia ex aliis humana industria deduci non potest cognitione probabilis horum eventuum. Tum quia non possunt omnia astra concurrence cognosci, & quæ cognoscuntur, impedit superfluum cognoscere. Tum quia alia sunt causa immediate liberiorum effectuum, sed ad summum naturalium inclinationum. Tum quia ab aliis causis subtilioribus eorum influenza expissimè impediret. Tum & præcipue quia contra propriam proportionem, & inclinationem peruersem vniuersique Dei auxilii adiutorum procedit. Non ergo ex regulis Astrologie investigari potest cognitione probabilis; alias non dicere Ieremias cap. 19. A signis Cœli nolite timere: quia rident gentes quia leges populorum vanæ sunt: nam si ex aliis cognitione probabilis futurorum eventuum haberi posset, neque essent vanæ leges populorum, sed prudentes; neque irrationabile, & vanum sed potius prudens illa timere. Cum ergo ex solis aliis cognitione probabilis haberi non posset, restat, ut illam habeas ex doctrina dæmonis, & eius auxilio: cum ex Dei revelacione clarum sit illam non haberi: Sic valent. 2.2. diff. 6. q.12. part. 3. vers. si autem huiusmodi. Martin. Delio lib. 4. disquisit. mag. cap. 2. quæf. 3. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de superfl. c. 11. n. 3. O. Valen. 2.2. diff. 6. q.12. p. 1. in fine. & p. 3. col. 3. vers. si autem. Martini. Delio disquisit. mag. lib. 4. cap. 2. q.3. & cap. 3. q. 1.

9. Neque obstant contraria. Facto enim in foro externo pundiendos esse Astrologos iudicatores, qui futuri eventus, & res possunt manifestare, tamen protellentur se non certo ea prædictere; quia sicut tamquam verisimilia, & probabilitia manifestantur, quod nullo modo fieri potest. Et quia presumuntur ad occultandam suam malitiam ea forma prænuntianda vti. Quocirca raro à culpa mortali excusari potest quilibet ex aliis conjecturalis prædictio quantumvis dubia; quia nunquam talis præsumitur, sed potius creditur firmitatem habere. Ad confirmationem dico permisum esse Astrologia artem circa navigationem, medicinam, aliasque res naturales; & prohibitum circa contingencia: at prædictio futuri eventus sub contingencia non videtur prædictio tam futuri contingencia, quam necessaria, cum non tam prædicta eventus, quam illius contingentiam. Additum in supradicto motu proprio permissione esse Astrologia artem circa temperaturam, inclinationem, & proportionem viuentis, ut expresse notauit Suarez. diff. 1. n. 12. Ergo sola prædictio futuri eventus, vel occulti facti cum maior certitudine, quam ex aliis haberi potest, prohibita est. Ergo non illa tenuissima conjecturalis prædictio, que potius ex inclinatione, & temperatura viuentis, quam ex alio capite colligitur.

10. Ex his inferitur quid dicendum sit de his, quos Zahories vocant: & placet refutatio Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. n. 37. quidem superflitos, si visu corporis dicant se penetrare corpus opacum, quale est terra, & que ibi sunt abscondita cognoscere, quia cum hæc cognitione humana potentia fieri non possit, efficiunt ope dæmonis haberi. At si ex effectibus sensibiliter apparientibus, ut ex aliqua herba, & vaporiibus, aut exhalationibus naturaliter thesaurorum, vel venam aquæ significantibus thesauris vel vena prædicant, superflitos non erit, quia non ex mediis improportionatis cognitionem inveniuntur, neque aliquid quod humana potentia cognosci non potest prænunciantur.

7. Maior autem dubitatio estian ex motu Sixti V. etiam hæc prædictio conjecturalis quantumvis tenuissima prohibetur, non solum pro foro externo, & iudiciali, sed etiam pro foro conscientiae. Affirmat Sanch. lib. 2. cap. 38. num. 34. Salas 1. 2. q. 9. art. 5. tract. 5. d. sp. 2. sed. 3. num. 36. Iacob. de Graffis lib. 2. quæf. 1. cap. 5. n. 19. quibus videntur confessare Eustach. de kariss. q. 18. n. 59. Probat: quia Sextus V. statuit, ut contra facientes iudicia, & nativitates hominum quibus defuturis contingentibus successibus fortuitaque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendebitis aliquid eventuum affirmare audeant, etiam id certò non se affirmare astant, aut protellentur, &c. inquirunt inquisitores, procedant, & in eos severius Canonici poenis, & alius corum arbitrio animaduertantur. Ergo quæcumque affirmatio etiam conjecturalis videatur prohibiri. Deinde quia in supradicto motu excipiunt solū cognitione astrorum, quæ Agricultura, navigationi, & rei medicei deseruit potest, sed exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ergo cognitione futurorum eventuum quæcumque si prohibita est. Neque valet dicere hanc cognitionem Agricultura, navigationi, & medicina deseruentem excipi, quia hac certa haberi potest, futurorum autem eventuum incertissima. Nam etiam pro navigatione, Agricultura, & medicina arte incerta est ex aliis cognitione. Iten hic modus prædictendi futura etiam sub dubio præberet non levem occasionem deceptionis: putant enim audientes sub illa diuinatione proferri ad dissimulandam malitiam diuinationis, non quia de facto vera non putetur, quia ab ipsis prædictentur.

8. Nihilominus mihi probabilius appetet hanc conjecturam, dubiam, tenuissimamque prædictionem in supradicto motu proprio non prohiberi, quia in ipso motu proprio nulla

Ferd. a Castro Sum. Mor. Pars III.

de novo feretur prohibicio, sed quod iure diuino, & canonico prohibitum erat, denudò prohibetur, ut constat ex toto processu illius constitutionis, & precipue ex illis verbis: Nos igitur, qui pro nobis pastoralis officij munere fidei integratam inviolatam conferuare debemos, & animarum salutis propriece, quantum diuina gratia adjuvare possumus, ex patente charitatis viceribus optamus, damnantes, repobantess, omne genitum diuinationum, quæ diabolo auctore ad fidelium deceptionem à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri soleat. Ecce quomodo solidum principiolum diuinationem a diabolo inueniat prohibere Pontifex intendit: & tradit optimè Caetan. 2.2. q.95. art. 5. Vaen. diff. 6. q.12. p. 1. in fine. Ergo conjecturalem solum prædictionem futurorum eventuum non intendit Pontifex prohibere; addit: hæc conjecturalis, & dubia prædictio futuri eventus, non est prædictio illius abolute, sed solum est prædictio illius sub quadam tenuissima conjectura contingenti, quod potius est prædictio contingentiæ quam effectus, & ita hanc prædictionem in foro conscientie licet sentire videatur Suarez. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superfl. c. 11. n. 3. O. Valen. 2.2. diff. 6. q.12. p. 1. in fine. & p. 3. col. 3. vers. si autem. Martini. Delio disquisit. mag. lib. 4. cap. 2. q.3. & cap. 3. q. 1.

9. Neque obstant contraria. Facto enim in foro externo pundiendos esse Astrologos iudicatores, qui futuri eventus, & res possunt manifestare, tamen protellentur se non certo ea prædictere; quia sicut tamquam verisimilia, & probabilitia manifestantur, quod nullo modo fieri potest. Et quia presumuntur ad occultandam suam malitiam ea forma prænuntianda vti. Quocirca raro à culpa mortali excusari potest quilibet ex aliis conjecturalis prædictio quantumvis dubia; quia nunquam talis præsumitur, sed potius creditur firmitatem habere. Ad confirmationem dico permisum esse Astrologia artem circa navigationem, medicinam, aliasque res naturales; & prohibitum circa contingencia: at prædictio futuri eventus sub contingencia non videtur prædictio tam futuri contingencia, quam necessaria, cum non tam prædicta eventus, quam illius contingentiam. Additum in supradicto motu proprio permissione esse Astrologia artem circa temperaturam, inclinationem, & proportionem viuentis, ut expresse notauit Suarez. diff. 1. n. 12. Ergo sola prædictio futuri eventus, vel occulti facti cum maior certitudine, quam ex aliis haberi potest, prohibita est. Ergo non illa tenuissima conjecturalis prædictio, que potius ex inclinatione, & temperatura viuentis, quam ex alio capite colligitur.

P V N C T V M V.

Quousque diuinatione per somnia licita esse possit.

S V M M A R I V M.

1. Expenduntur causa somniorum.
2. Ex somnis temperatura corporis, illiusque mores, & affectiones connectare nullum est peccatum.
3. Investigare à qua causa somnia prænuntiantur, an à Deo, vel male spiritu, an ex dispositione corporis licitum est.
4. Sed nimis est difficile in hac re sententiam ferre.
5. Expenduntur aliqua conjectura somniorum, quæ à Deo immittantur.
6. Quoties probable non est somnum esse à Deo, peccatum grave est ex illa præditionem futuri eventus, vel alius cuius effectus occulti colligere.
7. Credere aliquantum somno, seu aliquantum ex illo timere aduersum, non videtur gravis peccatum.

1. D'ius Thom. communiter recepus, 2.2. q.95. art. 5. quæ duplum causam somniorum enumerat: duplum corporalem, duplum spiritualem. Corporales sunt, tunc interior, tunc exterior; interior, præcipua causa naturalis somniorum est, dispositio, affectusque corporis humani, si enim abundat sanguine latera somnia contingunt, si abundat spermatia, turpia representantur, si acta bilis dominatur, tristitia cogitat, si bilis flava vigeret, pugno, rixæ, & lites se offrent, si phlegma

B b

De Superstitione, eiusque speciebus.

290

phlegma redundat, fontes, flumina; imbre, prataque vi-
rentia occurunt; si fit laborat, se bibere cogitat, si fame, epu-
las apprehendit: quæ omnia latè profectus Gregor. Nyssen.
libr. de hominis opificio, cap. 13. Isidor. lib. 5. sentent. 1. cap. 6.
Gregor. lib. 4. Dial. cap. 48. Exterior causa corporalis somniou-
rum est corpus circumstant, vel coeli temperies quæ aliquan-
do solet dormientis phantasiæ ita immutare, ut ad illius simi-
litudinem somnia succedant. Spirituales vero causa somniou-
rum vna est intrinseca, alia extrinseca. Intrinseca est cogi-
tatio præcedens in vigili & habitus ex ea genitus: cauila
in phantasia similes representationes. Nam inquit D. Au-
gust. lib. de spiritu. & anima c. 23. Secundum studia quæ
quisque exercuit somniat, & solitarum artium simulacra in
phantasia mentis impeltae apparent in somnis. Extrinseca enim
vel est bonus, vel malus spiritus: sapè enim à spiritu bono som-
nia immutuntur, non solum piis omnibus, vt Ioseph, Ia-
cob, Daniel, & aliis, sed etiam secleratis, vt Pharaoni, & Na-
buchodonosor ali quando à malo spiritu causantur dæmoni enim
vix habet (Deo sic permittente) humores permutterandi & permiscendi: quibus se permixxit somnia sibi placita im-
mittit: quibus sic possit:

2. Dico 1. nullum est peccatum ex somnis temperaturas
corporis, illuc mores, & affectiones coniectare; quia
coniectas ex effectibus causas, à quibus naturaliter proveni-
scit faciunt medici, vt humorem prædominante infirmi cog-
noscant, vt constat ex Hippocrate, lib. 6. epidemior. & lib. de
insomniis & Galeno, lib. de praefatio ex insomniis. & lib. 3.
de locis male affectis, cap. 4. sicut Azot. i. p. instit. moral. lib. 9.
cap. 17. post princip. Lessius lib. 2. de instit. cap. 43. dub. 8.
n. 55. Nauar. sum. cap. 11. n. 33. Sanch. lib. 2. in decal. c. 38.
num. 49. Suan. t. 1. de Relig. lib. 2. de superfl. cap. 13. num. 6.

3. Dico 2. Inveftigare à qua causa somnia proueniunt, an
ex dispositione corporis; an à Deo vel malo spiritu licetum
est: quia in hac inuestigatione solum intenditur cuiusdam ve-
ritatis cogitatio, qua virtus effe potest ad vitam compen-
dam, exemplique antiquorum patrum somnioum causas
inuestigantium id confirmari potest. Sic Pereira, lib. 1. in Dan.
2. 6. & de Magia, lib. 2. q. 7. Sanch. lib. 2. in decal. c. 38. num. 50.
& 51. Suan. affirmans effe omnium cap. 13. num. 6.

4. Dico 3. Discerner à qua causa somnia proueniunt, an à
causa naturali, an à Deo, vel malo spiritu, difficultimum est:
cum enim à qualibet ex his causis possit prouenire, quis vale-
bit discernere, à qua somnia prouenia? Suan. cap. illo num. 7.
Valen. disp. 6. q. 12. part. 3.

5. Dico 4. Ad coniecturandum an somnia aliquos futu-
ros eventus significantia à Deo sint, aliqua media desumi pos-
sunt ex modo somniorum, ex dispositione, quam reliquant,
& ex fine ad quem impellunt: si enim somnia in honesta sint,
vel ad malum impellant, aut animum turbatum reliquent,
repudium, & indispositionem ad virtutem: clarum est à malo spi-
ritu immitti. At si somnia honesta sint, & promptissim homini-
num reddant ad benē operandum, indicium est à Deo pro-
uenire, non tamē est certum, cum sapè dæmon in Angelum
lucis se transfigurare, vt facilius postea decipiat. Valent. 2. 2.
disp. 6. q. 12. part. 3. ad finem. Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 8.
num. 52. Bonac. disput. 3. de primo decal. præcepto. 9. 5. p. 3.
num. 7. Sanch. cap. 38. num. 52. Suan. cap. 13. num. 24. Eue-
nire autem aliquando effectum, prout somnia effe represen-
tam, indicium non est fasile à Deo somnum immisum. Tum
qua casu euenire potuit. Tum quia sapè dæmon procurat, vt
sic eueniat, vt facilius possit hominem decipere, iuxta illud
Deuteronom. 13. Etiam dixerint vobis, & ita euenierit, non
creditis. Quapropter consilio confessio, vel viri prudens
in hac parte standum est, neque propt. iudicio fidendum, vt
bene dicit Sanch. cap. 38. num. 52. Suan. cap. 13. num. 24. Lessius
cap. 43. dub. 8. num. 51. Si autem confessio, vel viri prudens
iudicium ferat probabile effe à Deo prouenire, poterit illi sibi
habere, & secundum illud operari. Sic Suan. d. n. 24.
Sanch. n. 52. Quod si facta inuestigatione adhuc dubium est an
sint à Deo, reputanda effe à causa naturali, & nullam signifi-
cationem habent, quod si aliquid significant, timendum est à
dæmoste immissa esse: quia Deus cum aliqui à per somnum si-
gnificare intendit, solet talibus circumstantiis somnum venire;
vt somniante certum reddat de divisione. Suan. cap. 13. n. 20.
Sanch. num. 52.

6. Dico 5. Quories probabile non est, somnum esse à
Deo, peccatum graue est ex illo prænorionem futuri cuentus,
vel aliquius effectus occulti colligere: Sit tradunt omnes Do-
cetes suprà relati Suan. num. 25. Sanchez num. 53. Lessius
n. 52. Azot. lib. 9. cap. 17. circafinem. Valen. disput. 6. q. 12.
punct. 3. vers. tertio quod somnia. Ratio est: quia somnum
non potest eff. Etiam illum significare, nisi ex impositione cau-
sa superioris, scilicet Dei, vel dæmonis si igitur probabile
non est à Deo assimi ad significandum tales effectum, restat,
vt à dæmoste significationem habeat. Ergo ex tali significatione
eff. Etiam prænuntiatur est se discipulæ dæmonis subirentur.
Ergo peccatum grauissimum. Hinc sit grauissimum effe peccatum
superstitionis, si per somnum proutes prænorionem futuri

eventus, vel effectus occulti, qualiter procursabant geni-
les, se tali situ, & dispositione ad somnum præparantes, re-
sibi occulte reuelarentur: procuras enim à dæmoste instrui,
rameti dicas nolle ab eo intrui; sed à Deo, qui facto ipso,
quod vanum est, dæmonem inuitas: sic Suan. lib. 2. de super-
fl. cap. 13. num. 20. Sanch. lib. 2. decal. cap. 38. num. 53. Les-
sius lib. 2. c. 43. dub. 8. num. 54. Bonac. disp. 3. de primo decal.
præcepto. 9. 5. p. 3. num. 6.

7. Dico 6. Credere aliquilibet somnio, seu aliquilibet ex
illo timere aduersum, vel sperare prosperum, non videtur gra-
ue peccatum, quia cum à Deo possit esse (tamen reguaret
si occasionem præberet aliquis, suspicionis. Sic Lessius
num. 53. Sanch. n. 25. Ex quo fit te abfque peccato graui pos-
se ob somnum habitum aliquando opus facere, vel omniteme,
modo non sit contra aliquod præceptum: Sic Lessius, & Suan.
suprà, cum Nauar. c. 11. n. 33. Caetan. verbo somniorum obver-
ratio. Dixi aliquando: nam si continuo ex somniis ad operan-
dum moueris, à peccato graui non esculauso: quod
tunc conuinceris si dem somniis adhibere maiorem, quam par-
est. Sic Lessius, & Suan. suprà.

P V N C T V M VI.

Quousque diuinatio per sortes licita sit,

S V M M A R I V M.

1. Sortes miti possunt ad aliquid faciendum, vel ad viri-
tatem occultam cognoscendam. Vide sortes alia sunt
diuinaria, alia consultoria.
2. Sortes diuinaria licent excepto casu electionis Ecclesiasti-
ca.
3. Enumerant plures casus, qui dirimi possunt sortiis.
4. Aliquando per accidentem illicite sunt he sortes diuinaria.
5. Qua ratione in electionibus Ecclesiastica he sortes prohibi-
tae sint, an in qua ex iure tantum possit in naturali.
6. Quid si duo aequalib. suffragii eligantur ad beneficium,
an hac electio sortibus terminari possit. Negantur
respondendum est.
7. Qua ratione lis beneficialis sortibus dirimi possit.
8. Non est prohibita electio per sortes ad officia civilia, &
facularia.
9. Electio ad officia, & beneficia Ecclesiastica per sortes fa-
cta, an sit inutilis? Sub distinctione respondetur.
10. Sortes consultoria licita sunt, si debito modo sunt.
11. Expenduntur conditions necessaria ad eorum honestat.
12. Sortes diuinaria semper sine illicite.
13. In his sortibus diniutoriis plura solent crimina misceri.

1. A d duplicitatem sortes miti possunt, vel ad ali-
quid faciendum, vel ad veritatem occultam cognos-
cendam. Ex quo duplicitate sortes distinguuntur. Aliæ vocan-
tur diuinaria, aliae consultoria. Que ad aliquid faciendum di-
stinguntur: quia illis possunt usus indumentum, & ambiguum mol-
lis competens diuiduntur, & vni illorum applicatur. Consulto-
ria, seu diuinatoria sortes sunt: quibus Dei vel dæmonis vo-
luntas exquiruntur, vt quid faciendum si manifestent. Si di-
voluntas exquiratur, consultoria sortes dicuntur, si autem
dæmonis, diuinatoria sortes appellantur. Quapropter triplices
sortes Doctores distinguunt, diuinaria, consultoria, & diuinato-
rias: sic D. Thom. ab omnibus recepus. 2. 2. g. 95. art. 8.

2. Dico 1. Sortes diuinarias per se licitas esse excepto casu
electionis Ecclesiastica sic post alios antiquiores docent
Azot. 1. part. instit. mor. lib. 9 cap. 21. g. 7. Suan. de Relig. lib. 2.
de superfl. c. 13. n. 3. Sanchez lib. 2. in decal. c. 3. n. 53. Lessius
lib. 2. de instit. cap. 43. dub. 9. num. 58. Bonac. disp. 2. de primo
decal. præcepto, quæst. 5. punct. 2. num. 12. Ratio est: quia
huiusmodi sortes non allumuntur ad inuestigandum aliquod
occultum, vt quis beneficium consequatur, quod molti
habent non possunt. Hoc autem per se licitum est, & sapè
conuenientis ad lites dirimendas. Debet tamen fieri ab eo, qui
potest etiam habet beneficium concedendi; quia fors non con-
cedit beneficium, sed voluntas sortem mittens illud concedit
posta illa sortis contingentis condicione.

3. Hinc sit licitum effe controvæsiæ aliquibus hereditatis,
legati, & similis sorte dirimi ex multo litigantium contentu;
quia est quidam contractus æqualis, in quo vndequeque
cedit iuri præsenio, si lors alteri contigerit, & fit ex volun-
tate indicis hanc controvæsiam dirimi posse: tamen si litigian-
tes renuntiatur, dummodo hereditas, vel legatum diuidi non
possit, neque appetat quis vincat in iure: probat Textus in
leg. si duobus. Cod. communia delegatis. ibi: latus in
huiusmodi casibus: rei iudicem fortuam esse, & sortem in-
ter alterantes adhibendam, vt quem sortis præsenterit, is qui
dem habeat potestatem eligendi: & leg. si cum ambo eff. de in-
dicij, & aliis Suan. t. 1. de Relig. lib. 2. de superfl. c. 12. n. 4.
Sanch. lib. 1. in decal. c. 3. n. 57. Ratio est: quia index ex officio
completere

DE
ASTRO
PALA
TOM.

compellere potest, ut in illo contractu consentiant, siquidem alia via non suppetit ad contoueriantur diuidentiam. Tertio si licet sortibus eleemosynam vni ex pauperibus applicandam determinare, cui applicanda sit. Sanchez lib. 2. cap. 38. n. 52. Suarez n. 17. Bonac. disp. 3. quist. 5. p. 3. n. 12. Azor. lib. 9. cap. 23. q. unica, est que expresa sententia Augusti. lib. 1. de doctr. Christi. cap. 28. quia nulli pauperum si inuria, cum se. Quale ius omnibus concedatur, si quidem singulis conceditur perfectas integras eleemosynas accipienti. Quartu[m] si tempore persecutionis, & pestis forte dictimi posse, quis religiosus, vel medicus corporibus, animab[us]que curandis attendere debet, quisive recedere possit: sic D. August. epist. 180. Bonac. Suarez. Azor. suprad. Lefsius cap. 43. dub. 9. num. 58. Idem est, si fortes mitterentur quinam esset ad Indos inrus Suarez. & Sanchez. suprad. Quinto si tempore tempestatis si necessum sit aliquos in mare proscire, ne omnes perirent, licetum esse inter sortibus determinare, quinam sim prosciendi: quia h[ab]it[ur] sperat vniuersaliter salutem consequi, aliis miseretur: quod si ipsi inter se non consentiant, poterit dux natus hanc sortitionem facere, quia in ea periculum omnium vitare intentid aliquorum ruina, quod communis bono expediat: Sic Martin. Delrio lib. 3. disput. mag. cap. 4. quist. 1. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 38. n. 62. Bonac. 9. 5. p. 5. n. 12. Sexto si cum plures digni sunt morte, neque expediri omnes possint, licetum, & conueniens est forte determinare quinam sim necandi: quia in hac sortitione nemini fit inuria, sed potius singularis sit favor, quatenus spes datur euadendi mortem promerit: Sic Sanchez. n. 60. Lefsius num. 58. Bonac. num. 52.

4. Dixi in conclusione sortes diuisitorias per se licitas esse, quia per accidentem, & ex circumstantiis adiunctis aliquando sunt illicitae. Primo sunt illicitae ex parte intentionis, ab alris specie felicitate eventuarunt, quia tunc magis superstitione comittit cum expressa, vel latente tacita demonis invocatione: cum enim astra nullum influxum habere possint in fortunem efficiunt te velle sortem à demoni prouenire, sic S. Thos. 2. 2. q. 65. art. 8. Martin. Delrio lib. 4. disput. mag. cap. 4. q. 1. Sanchez lib. 2. c. 3. n. 64. Suarez lib. 2. de superfl. cap. 12. n. 16. Idem est sortiori est, si ope demonis speras sortem eventuarum, vel quia ipse promisisti, vel quia tu illum invocas: sic suprad. Delrio. Si tamen eventus à fortuna spectatur, mox genitico diuinam prouidentiam exclusive grauius est peccatum. At si à fortuna diuinæ prouidentie subiecta eventus spectetur, erit veniale peccatum, si absque vila necessitate fias: quia non decet abique rationabilis causa hominem rationis compotem se forsan submittere. At si rationabilis causa intercedat, quia illi potest honesta rectoria, & lucrum a honestum finem directum nulla videatur culpa: Suarez. cap. 12. n. 16. Sanchez cap. 38. n. 65. Secundu[m] ex parte materie, si sortioris super te aliena, & de qua disponere non potes: quia est iniustitia. Item si sortes mitterant ad officia inter dignos, & indignos, digni sit inuria: quod si omnes sint digni, æqualiter, nulla est iniustitia forte determinata, quibus officia sunt conferenda. Si tamen sint aliqui digniores, tunc est culpa determinare sortibus electionem si dignior necessarij, si preferendus, Sanchez. n. 67. Tertiu[m] sunt illicitae, et si fraudibus vnius in sortitione sunt enim contra iniustitiam peccata, neque potes si obtinere resuere: cessat enim æquitas in contractu, & conuenienter voluntas contrahendit. Quapropter si ope demonis, vel alia via speciali fecisti tibi sortem evenerit, restituire debes quidquid fueris consecutus Sanchez. dict. c. 38. num. 66. Quartu[m] sunt illicitae sortes, si libris Evangeliorum, aut rebus sacris variis in his sortibus mitterendis: quia non sunt ad hunc vnum destinatae: sic Suarez n. 16. Sanchez n. 69. Bonac. num. 12. Delrio lib. 4. disput. mag. c. 4. q. 1. Subdum tamen Sanchez, Delrio, Bonac. & bone non esse mortale, nisi in aliquo cau[m] magna aliqua ira uenientia intercedere.

5. Insuper dixi sortes licitas esse excepto casu electionis Ecclesiasticae: nam electionibus Ecclesiasticis prohibitus est sortium vnum, cap. de Ecclesiastis sortilegiis: ibi enim dicitur esse multum reprehensione dignum, quod sortis in talibus interueniat, & in fine subiungitur sortis vnum in electionibus perpetua prohibitione damnatur. Ex quibus verbis fas colligitur omnem electionem ram ad beneficium, quam officium Ecclesiasticum sortibus factam prohiberi. Tum quia est facta prohibitory verbis, generalibus. Tum quia in suprad. cap. reprehbar electio compromissari sortibus facta. Quæ videtur esse minima inter Ecclesiasticas electiones. Tum quia haec electio ideo prohibetur: quia per ipsam committitur compromissario electio potest, & iurisdictionis eligendi ad beneficium. Ergo signum est omnem electionem, per quam iurisdictionis confertur etiam ad vocem actum, si sortibus fiat esse prohibita, & ita tener plures alios referens Suarez lib. 2. de superfl. cap. 12. num. 5. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 38. num. 71. Et 72. Sed an haec prohibitory sit solum iure Ecclesiastico, an naturali communis sententia tener solo iure Ecclesiastico esse sic expresso Valen. 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 3. ver. ex eodem cap. Sanchez lib. 2. cap. 38. n. 82. Suarez lib. 1. de superfl. c. 12. n. 3. Ferd. à Castro. Sum. Mor. Part II.

Ratio est: quia nulla ius invenitur deformitas aduersus ius naturale, si controuelis in rebus Ecclesiasticis, sicut & in ciuitatis force dirimatur. Neque enim ius naturale vilam in hac parte facit distinctionem. Sed obiectes Textum in cap. Ecclesiastis. de sortilegiis, dicentem reprehensione esse dignum, quo sortis in talibus interuenias. Ex quibus verbis inferatur ante illum textum vnum sortium prohibitum esse: alia non est reprehensione dignus, qui illis veterat, sed nullum appareat antiquum ius polinum locutionis vnum in electionibus interveniens. Ergo signum est iure naturali prohiberi. Quod si das prohibitory tacite vnum sortium in cap. quia propter, de electione: vbi omnis alia forma eligendi prohibetur, & annulatur prout ibi prescriptum. Et cum ea quæ sit sortes prescripta non sit efficacia sanè hanc esse prohibitum. Obstat huic solutioni manifesta ratio. Tum quia ille textus non loquitur de omni electione, sed de electione Episcoporum, & aliorum praetoriarum iurisdictionem Ecclesiasticae ad causas ciuitatis, & criminales habentiam. Ergo electio compromissari sortibus facta non est ad aduersus prohibitionem dicta cap. quia propter. Ergo non erat multa reprehensione dignus, qui illis fuit vnum, si aduersus ius naturali non processisset. Respondeo ideo videntur sortibus in compromissari electione esse reprehensione dignum: quia nouum vnum eligendi ad Episcopalem dignitatem in Ecclesiastice introducet: non quia in suprad. ad cap. quia propter, fuerit interdictus, solum enim interdicta fuit, & annulata electio Episcopalem dignitatem, quæ non fuerit facta à maiori parte capituli, per vota secretæ, vel quæ non fuerit facta ab illis quibus capitulum committit potestatem eligendi. Quid autem hæc commissio sortibus fiat in illo cap. non videtur prohibitum, & exprestè docet Sanchez lib. 2. cap. 38. num. 83. in fine, contraria ius quæ in numero antecedenti dixerat. At etiam reprehensione dignus, qui illis veteratur in haec compromissari electione, quia nouum vnum, tamēc vnde tunc non prohibitum eligendi introducebat.

6. Sed inquires an supradicta prohibitory locum habeat, cum duo qualib[us] suffragiis eliguntur ad beneficium, vel officium Ecclesiasticum? Videtur enim tunc posse electionem sortibus terminari. Tum quia non suppetit aliud remedium sortibus, cum eligentes in vnum non consentiant. Tum quia certe periculum eligendi indiguum, quæ fuit causa supradicta prohibitionis, cum iam illi digni fuerint declarati. Tum quia sortes in tali caso non assumuntur ad electionem, quia haec jam est facta, sed assumuntur ad illius determinationem. Tum quia in pluribus congregationibus est recepta confundetur eligendi ad officia aliquos, non ut omnes officia fungantur, sed ut inter illos sortes mitterentur, quidam officium retinere debent. Ergo hæc electione determinatio sortibus facta licita est. Si Glossa 26. quist. 2. in summa verbo sortes. At omnino tenendum est prohibitionem ad superlatum casum extendi: sic post alios antiquiores, quos allegant, docet Sanchez lib. 2. cap. 3. & numer. 74. Suarez lib. 2. de superfl. cap. 12. numer. 7. Ratio est manifesta: quia dum suffragia æqualia sunt, nullus dici potest esse ad beneficium legitimè electus: quia debebat esse electus à maiore parte Capituli. Ergo cum Capitulum consentit, ut beneficiis obtineat, & omnibus praefatur, sicut sors congregari, iam medis sortibus facit electionem. At in suprad. cap. fin. de sortilegiis prohibetur omnis electio sortibus facta. Ergo etiam haec determinatio electionis, quæ vera electio est prohibetur. Neque obstant rationes contrariae. Ad prius nego non suppetit aliud remedium. Remedium enim proprium est, ut superior electores competat, ut intra certum tempus se conforment, sicut minus electionem ad se aduocet: ut tradit Glossa cap. dubius. penit. do rescrip. in 6. verbo sequuntur. Ad secundum admitto cessare in illo capitulo periculum eligendi indiguum: sed quia non cessat in genere, ea de causa non cessat prohibitory. Addo quoque à maiore parte Capituli quis electus fuerit non est declaratus dignus. Ad tertium nego non assumunt sortes ad electionem, nam illa determinatio est vera electio: cum per illam beneficium confetti intentetur à maiore parte Capituli. Ad ultimum dicos, si talis vnu[s] in aliqua Cogitatione fit circa officia iurisdictionem Ecclesiasticam habentia presumendum esse virtus alius cuius prouilegium à fide Apostolica habet, vel eis vnu[s] circa officia nullam administrationem, iurisdictionem Ecclesiasticam habentia. Alijs illicita erat electio, quia verè illa determinatio electio est, & in generali prohibitory videatur comprehensa.

7. Secundo inquires an prohibitory fit sortibus item beneficiale distinere. Plures pro & contra refutant Sanchez lib. 2. decal. cap. 38. num. 77. & 78. & Suarez. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superfl. cap. 12. num. 11. Eorum tamen sententia mihi probatur. Primo enim dicendum est, vnu[s] sortis ad compendiam item in causis beneficialebus prohibitum non esse: quia solum in electionibus sunt sortes prohibitory. Ar qui credit hinc, si sortis sibi non contingenter, non eligit ad beneficium sed definiri impedit eum qui cum illo est electus. Ergo licet, Item ille cui sortis fuerit non acceptus ex colligantibus iis aliis.

quod ad beneficium; quia non est in potestate colligantis
ius beneficiale in alium propria auctoritate transferre. Ergo
cessio huius non est propria electio. Ergo fieri potest absque pro-
hibitione dicti cap. fin. de sortilegia. Secundum dico non posse
hanc sortitionem fieri propria auctoritate colligantiumque
in hac sortitione pactum, & obligatio cedendi iuri interueniar.
Sed omne pactum propria auctoritate factum, quo via paratur
ad beneficium simoniacum est. cap. fin. de pactis. & cap. quam
pi. 1. q. 1. Ergo Tertio dico necessarij auctoritate iudicis hanc
sortitionem faciendo esse, cum ob vitandum pactum simo-
niacum, tum vi possit beneficium accipere, cui fors contingit,
quia illud accipere non potest ex iure a colligante, translatu,
sed ex iure quo iudex concedit posita colligantibus cessione.
Nec valeat dicere illud accipere ex iure ame habito, quod im-
pediebat a colligante; quia ius ante habitum non era-
monimo certum, & indubitate, ut suppono: alias est effec-
tus iniustitia impedit, sed era ius dubium, & incertum.
Ergo ex vi illius non poterat beneficium accipere. Debet ergo
iuris firmari; quod privata auctoritate fieri non potest, sed
auctoritate iudicis. Secus vero est in aliis rebus temporalibus,
qua ex voluntate colligantibus transferri admittent pos-
sunt. Et in his conuenient Suar. & Sanch. suprad.

8. Tertio inquires; an electio per fortis ad officia ciu-
lia, & facultatis prohibita sit? Ratio dubitandi est; quia licet
Textus in cap. Ecclesiæ, de sortilegia loquatur specialiter de
electione compromissarij potestis eligere Praelatum. At in
fine generaliter dicitur fortis vlam in electionibus perpetua
prohibitione damnam. Ergo non solum electio Ecclesi-
astica, sed etiam facultatis prohibita conseruit. Addi in elec-
tionibus facultariis, si per fortis sit, idem esse periculum
eligendi indignum, vel minus dignum, digno, vel digniori
prætermisso. Quæ videatur fuisse ratio in Ecclesiasticis elec-
tionibus fortis prohibendi. Nihilominus communis est
omnino sententia, solum electionem Ecclesiasticam fortibus
prohiberi; quia textus in cap. Ecclesiæ notanter dixit reprehensione
dignum esse, quod fors in talibus interueniat; id est in
iis, quæ ad Ecclesiam pertinent. Et licet in fine, cap. generali-
ter fuerit textus loquutus de electionibus, semper intelligentius
est iuxta materiam subiectam. Neque obstat in electionibus
facultariis idem esse periculum, quia hoc solum probat
posse fieri prohibitionem, non ramen esse factum, & ita tra-
ducit cum D. Thom. 2. 2. quest. 95. art. 3. & Caietan. dub. 1.
Archidac. 26. quest. 2. cap. 1. num. 1. Abbe num. 3. Hofiens.
Cardin. Bell. Mera. Anton. & alii pluribus, quos referunt
Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. numer. 8. Azot. cap. 21. quest.
unica. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superst. cap. 12. num.
15. Tolet. lib. 4. sum. cap. 15. n. vlt. Martin. Delrio. lib. 4. dif-
quisit. mag. cap. 4. quest. 1. Bonac. difus. 3. de primo precepto.
quest. 5. p. 3. num. 12.

Quarto inquires; an electio ad officia, & beneficia Ecclesi-
astica facta per fortis non solum illicita sit, sed nulla? Affir-
mat nullam esse Panormit. dicto cap. Ecclesiæ de sortilegia,
num. 5. Primo; quia est facta contra decisionem illius cap. se-
cundo; quia est facta contra formam cap. quia propter de-
lectione, vbi electio alter facta, quam ibi praescribitur, non
valet. Dicendum ramen est, si fortibus eligantur Praelatus
alium Ecclesiæ habens iurisdictionem tam in criminalibus,
quam ciuilibus nulla est electio; quia non feruerat in ea forma
præscripta in dicto cap. quia propter, & in hoc omnem con-
venient. At si fortibus eligantur compromissarij, qui hunc
Praelatum nominent, & designent, valida est tam electio autem
compromissariorum, quam Praelati nominatio. Quid autem
compromissariorum electio valeat probat Textus in cap. Ecclesiæ de sortilegia: vbi Pontifices ex gratia, & saepe confi-
mat electionem sic factam, cum poruerit illam cassare, non tam-
men denovo conseruit. Item in illo textu nullum est verbum in-
dicans nullam esse talem electionem. Ex cap. autem quia propter
non haberet electionem compromissarij fortibus factam esse
nullam; quia de tali electione non loquebatur textus, sed de
modo eligendi ipsius Praelatum: immo potius ibi supponitur
posse Praelatum eligi per compromissarios, quod vero com-
promissarij suffragant, vel fortibus electi sint, non deciditur.
Ergo electio compromissarij fortibus facta nullibi annulatur.
Ergo neque annulatur nominatio compromissarij: sic Glossa
in dicto cap. Ecclesiæ, verbo ad gratiam, Suar. lib. 2. de su-
perst. cap. 22. n. 9. & 10. Sanch. lib. 2. cap. 38. num. 3. Quod
si electio ad officia, vel beneficia Ecclesiastica præter pra-
stationem fortibus facta, valida est his Suar. suprad. & Sanch. plu-
res referent n. 8. 4. quia nullibi inuenient annulatur tali electio.
Nam in cap. quia propter, de electione solum est sermo de
electione Praelati iurisdictionem habentis, ut constat ex ipso
textu. Et hec de fortibus diuinis.

10. Verum si de fortibus consultoriis loquamus, dicendum
est per se licitas esse, si debito modo sicut, hoc est si sunt
necessitate vigente, & cum debita reverentia, specialique
Dei instinctu. Quia his conditionibus positis nulla appetit
in fortibus malitia, sed potius religiosus actus resplendet, ut

probari sat potest exemplis tum veteris, tum noui Testamen-
ti, specialiter ex illo facto Ioseph 7. qui sortem misit ad co-
gnoscendum malefactorem occultum, & ex facto Apostolorum
Act. 1, qui ad oligendum Sanctorum Matthiam loco luce
sortem miserunt, & suffragant ratio: quia in tali casu licet
est explorare diuinam voluntatem, ut aliquo signo quid sit
agendum manifestetur. At cum non appareat aliud figura ap-
plicetur, quæm fortis, fortibus creditur diuinam voluntatem ma-
nifestandam esse, iuxta illud Proverb. 16. Sortes mitinuntur in
finum, sed a domino temperantur, sic ex omnibus sententiis tra-
ditu Suar. lib. 2. de superst. cap. 12. num. 18. Sanch. lib. 2. in de-
cal. cap. 38. n. 85. Lefthus lib. 2. de iustit. c. 43. dub. 9. n. 60. Bo-
nac. difus. 3. de primo decal. precepto. 9. 5. p. 3. n. 12.

11. Tres conditiones appositi, ut fortis consultorii licite
sint, quæsupradicti doctores Sanc. Suar. Lefthus. Bonac.
& alii approbant. Ex quibus constat raro fortis licite posse;
quia raro haec conditiones adstant. Prima & principia ut necessi-
tate vigente sint: nam si alia via inuestigatur diuina voluntas
potest; imprudenter quis fortibus vivit, & Deum in tali ca-
sū tentat, & periculo se exponit, ut à demono decipiatur.
Quapropter talis vñus ab August. epist. 119. c. 20. repre-
henditur, & à Leone I. V. relato in c. fortis 26. q. 5. sub as-
temmate proliferatur. Sortes (inquit) quibus cuncta vos re-
sistis discriminatis prouincias, quæ partes damnaveunt,
nihil aliud quam diuinationes, maleficia esse decimimus.
Quamobrem volumus illa omnino damnari, & inter Christia-
nos ultra nolumus nominari, & ne exercitetur, anathema-
ris interdicto prohibemus. Necessestis autem est, quando alia
via subiecti non potest graui aliquis spirituali, vel tempora-
li necessitate, aut quando Ecclesia inde magnum et emolu-
mentum habitura: sic Sylvest. verbo Superstitio 9. 4. Mar-
garita confessor. in primo precepto fol. 58. Sanc. cap. 38.
num. 85. Secunda conditio, ut fortis consultorii licentes, ut
ut cum debita reverentia ad Deum mittantur: cum enim il-
lis fortibus diuinam explorant voluntatem, opus est ut cum ma-
gno reverentia fiat, & premissa oratione, ut dixit D. Thom.
9. 95. art. 8. Suar. dicto cap. 12. n. 25. Defectus huius conditio-
nis regulariter est solus venialis culpa, nisi magna est ir-
reverentia Bonac. dict. p. 3. n. 14. At idem est, ne in his fortis
mitteat facies rebus utrius ad res temporales, lucratice
captandas, que est quædam rerum sacrae profanatio. Sanc.
n. 85. Bonac. n. 14. & alij apud ipsos. Auerto tunc enim defi-
cere primam conditionem necessitatis, ac proinde ex haec parte
consultoriorum formam esse illicitam. Tertia conditio est, ut spe-
cialiter Dei habeat instinctum: haec enim conditio necessaria
est, si velis, ut Deus aliquo sensibili signo diuinam voluntatem
fortibus manifestet. At si solum intendas, ut Deus per spe-
cialem suam providentiam fortis feliciter dirigat, necessarius
non est tunc diuinus instinctus, sed sufficiit fiducia magna, quam
in diuina bonitate habere potes de talium fortium dilectione
posita necessitate, & negotiis honestate. Suar. dicto c. 12. n. 16.
Sanc. c. 38. n. 87.

12. Tandem si de fortibus diuinitoris loquamus, haec sem-
per sunt illicitæ, ut ipso superstitutionem conuenient. Sortes
cum neque cauunt effectum futurum, neque illum ex se ful-
ligrificare possunt. Ergo si aliquando illum significant, habent
ex aliquo dispositione. Deus autem haec significationem illis
non dedit. Tum quia Deus non se vanis immisit. Tam quia
sapientia altera res eueniunt, quam fortibus significantur. Refutatio
ergo, ut à demono haec habent significacionem. Ego qui il-
lum ex fortibus inuestigat, se disciplinae demonis subicit: sic
D. Thom. receptus ab omnibus 2. 2. q. 8. art. 8. & confit ex
cap. si quis Episcopus: cap. non licet, & alii pluribus, 26. q. 5.
& pluribus exhortat Suar. dicto c. 12. n. 28.

13. Adiuero tamen in his fortibus diuinitoris sapientia infor-
mat, aliaque graui crimina præter superstitionem invenit. Si
enim fortis mittas ad cognitionem aliquis occulti criminis,
injustitiam committitis, tum inquiringe delictum medio ita
improprietate, & fallaci rum ob maximum penitentiam, quod
fors in innocentem cadat, quia cum demoni magis appetat
damnatum iustis, quam peccatoribus inferre, credi potest deli-
ctum peccatoris innocentia applicaturum: sic Suar. dicto c. 12.
n. 29. Sanc. c. 38. in fine.

P V N C F V M VII.

Quousque diuinatio ex elementis, ex animalibus,
ex dispositione proprij corporis, alisque rebus
licita esse possit.

S V M M A R I V M.

1. Qui effectus naturales ex his absque superstitione traditi
possunt.

2. Ex superradicitate coniectari in genere possunt bella, rixas, ac-
tiones non certe, sed quadam tenacissima probabilitate.

3. Effectum contingencem predicere ex iis absque speciali Dei favore grauiissimum peccatum est superstitionis.
 4. Ex manuum linea, ex physiognomia capitulo bonam, vel malam conjectari fortunam gravis est peccatum.
 5. Item est si eam conjectiles ex fortuitis eventibus, tum animalium, tum hominum bonam, vel malam fortunam conjectare superstitiosum est; quia tacite dæmon creditur, & cius auxilium impetratur: Sic Azor. lib. 6. insit. moral. c. 22. g. q. 1. Sanch. lib. 2. cap. 32. num. 41. Vnde conjectare felicem aut infelicem eventum ex contingenti animali: vel funebris occursum ex ruptione cornigera, ex sterilitate, ex repente calu cum domo egreditur, ex offensione calus, aut lapidis, aliisque similibus superstitionibus est. Sapere ramen à mortali excusat hæc obseruaria, tum ob ignorantiam, & bonam fidem; tum ob dubium, ac sine à causa naturali, vel à Deo, vel à dæmons præfigium futuri eventus. Lessius lib. 2. c. 33. dub. 10. n. 66.

1. EX varia elementorum mutatione, ex frequenti animabitu, & dispositione, eff. etius naturales, ut pluviae, imbrevis, serenitates, & similia prædicti probabiliter possunt; quia ex his signis prædictis causa naturalis horum effectuum. Item ex physiognomia cuiuscumque conjectari aliquo modo potest eius temperies, naturales animi affectiones, bona, vel mala conjectudo. Quia conjectatur causa communis illorum effectuum. Neque in hac predictione aliqua superstitione invenitur; tamecum certius quam per eum, hi effectus prædicantur, sed erit quædam imprudens, & error in philosophia naturali commisus: sic communiter doctores cum D. Tom. 1. 2. 9. 95. art. 7. Azor. tom. 1. insit. moral. lib. 9. cap. 14. 15. & 16. Lessius lib. 2. de insit. cap. 43. dub. 7. n. 45. Bonac. de primo decal. præcepto, disp. 3. q. 5. p. 3. n. 11. Sanchez lib. 1. in decal. c. 38. n. 38. & 44.

2. Ex supradictis etiam signis conjectari in genere possunt bella, rixæ, & contentiones inter homines future non certas, sed quadam tenuissima probabilitate; quia cum communiter homines inclinations sequuntur, & ex illis signis colligatur causa ad hos effectus inclinans, prædicti possunt probabiliter tales effectus: sic Caetan. 2. 2. quæst. 95. art. 7. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 4. vers. similiter possunt. Sanchez lib. 2. c. 38. n. 38. Bonac. n. 11.

3. Verum quibus tibi probabiliter saltem non constat aliqua ex superstitiis signis assumpta esse à Deo ad aliquem effectum contingentem præsignandum, si ex illis talen effectum praenuncia, grauiissimum peccatum superstitionis commisus. Tum quia te commisus à dæmons edocendum, tum quia eius auxilium imploras, ut vera efficias, quæ doces. Nam cum illa signa ex te tales effectus non significent, & eo quod neque sunt illorum causa, neque ab aliqua causa communiter proveniant, restat, ut signa sint ex alievis superioris dictione. Hic autem non est Deus; quia non se vanis immiscer. Tum quia sapere hoc signa fallacia sunt. Ergo fatendum est dæmonem esse, à quo illa signa effectus contingentes significare possunt. Ergo ex illis talia prædicere, est te discipulum dæmonis proficer. Est ergo grauiissimum peccatum: sic D. Thom. receptus ab omnibus 2. 2. q. 95. art. 7. & expelle tradit Lessius, Sanchez, Bonac. Valen. supra. Necesse obitum Joseph. Genes. 42. se coram fratibus laudans, quod non fuerit similis eis in augurandi scientia: si igitur augurium illicitum est, non se de illo laudares. Ioseph lanctissimus. Non inquam obstat; quia non de augurio illicito, sed licito se laudabat, scilicet de prophetia; eaque de causa dixit: an ignoratis, quod non fuerit similis mei in augurandi scientia; quasi dicaret, alii angues, & diuinatores; quia epi. de monstra futura diuinare; fallaces sunt, neque omnia cognoscunt. Ego vero diuinum fido auxilio eiufque opere futura prædicto. Quapropter nullus in augurandi scientia mihi similis est.

4. Ex his infero, grauitate te peccaturum, si ex manu lineis, ex physiognomia capitulo bonam, vel malam fortunam conjectes, etiæ in qua diuitem, vel pauperem, religiosum: vel sæcularem, sacerdotem, vel lacrum, solutum, vel matrimonio alligatum, &c. quia illa signa causa esse non possunt illorum effectuum, neque in illis signis tales effectus prædicti possunt, nisi ex doctrina dæmonis: sic Nauart. sum. cap. 11. num. 51. Sanchez lib. 2. cap. 37. num. 47. Si manu de catholicis institutis, tit. 21. num. 18. Unde si seruo de bona, vel mala fortuna ab Ägyptiana interrogem, non est dubium ob rationem dictam te peccaturum mortaliter. At si non serio, sed loci causa, & ob vanum finem curiositatem absque periculo ei fidem adhibendi interrogem (ut regaliter sit) peccatum solum erit veniale: sic Nauart. & Sanchez. supra, & Bonac. disp. 3. de prima decal. præcepto, quæst. 3. p. 3. n. 11. Quod si obitum illud Iob. 37. Qui in manu omnium signat, ut noverint singuli operas tua, quibus verbis indicate videatur Deum in manu cuiusque bonam, vel malam fortunam signasse. Facile responderetur, neque enim hunc sentim illa verba faciunt: quia Iob illis verbis solum significare intendit nutu Dei, eiufque prouidentia tantum nivis, imbrevis, & prætene descendere, ut non quisque manum habeat ita torpenter, ut sit quasi quodam signillo ob-signata, & causa non valens officio proprio fungi. Ex quo singuli possunt cognoscere quam incepit sint ad sua propria opera facienda, quantumque à Deo ipso pendent; eaque de causa 70. transfluerunt, claudit Deus in manus cuiusque, ut sciat imbecillitatem suam. Vide nostrum Pinedam in hunc locum. Lessius lib. 2. 43. dubio 7. fine. Azor. i. p. insit. moral. lib. 9. c. 16. Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

5. Secundo infero ex fortuitis eventibus, tum animalium tum hominum bonam, vel malam fortunam conjectare superstitiosum est; quia tacite dæmon creditur, & cius auxilium impetratur: Sic Azor. lib. 6. insit. moral. c. 22. g. q. 1. Sanch. lib. 2. cap. 32. num. 41. Vnde conjectare felicem aut infelicem eventum ex contingenti animali: vel funebris occursum ex ruptione cornigera, ex sterilitate, ex repente calu cum domo egreditur, ex offensione calus, aut lapidis, aliisque similibus superstitionibus est. Sapere ramen à mortali excusat hæc obseruaria, tum ob ignorantiam, & bonam fidem; tum ob dubium, ac sine à causa naturali, vel à Deo, vel à dæmons præfigium futuri eventus. Lessius lib. 2. c. 33. dub. 10. n. 66.

6. Tertio infero vanum, & superstitionis esse diem Martis, & Venetus infelices reputare, & alios felices, & ob eandem causam nollus opus aliquod aggredi illis diebus, quos iudicant infelices, quia tacite consentis in fortuitos eventus efficaciam habete exzeli motum; sic D. Tom. 2. 2. q. 96. art. 3. In corp. & constat ex cap. non obsernat. 26. q. 7. Excusabatis autem à mortali, si ex quodam timore dies observes, nec audeas opus tunc incipere; non quia credas certo infastum futurum, sed quia times: sic Sanchez lib. 2. in decal. c. 40. n. 15. affirmans sic communiter contingere esseque solum veniale.

P V N C T V M VII.

Quid sit vana obseruatio, quotuplex, & quale peccatum.

S V M M A R I V M.

1. Explicatur, in quo obseruantia vana seu magia consistat.

2. Hæc semper habet tacitum cum dæmon pactum.

3. Est grauiissimum peccatum, neque excusat ex renuntiatione expressa illius.

4. Ex ignorancia esse posse aliquando veniale peccatum.

5. Hoc peccatum magia alia plura secum trahit.

6. Triplices est magia iuxta triplex genus effectuum, qui per magiam procurari possunt.

1. Tertiam superstitionis speciem enumeramus obseruantiam vanam, quæ in eo consistit, ut ex mediis inutilibus ad effectum, effectum speres. Nam cum tunc non habeas fundamentum ad illum sperandum ex diuina virtute, sequitur ex tacito dæmonis pacto illum sperari. Difficit hæc vana obseruaria à diuinatione, quod diuinatione sicut in cognitione aliquius occulti effectus, ut obseruaria tendit ad opus, verbi gratia ad aliquod bonum fibi, vel alteri comparandum, quæ vocatur magia communis, & visuaria vocabulo. Si autem affluerat media ad inferendum alteri dannum vocatur maleficium.

2. Vana obseruaria, seu magia semper habet tacitum cum dæmon pactum: quia vtitur mediis, quæ solum opus dæmonis efficaciam habere possunt, unde affluerent illa tacite open dæmonis implorari: aliquando cum expresso pacto cum dæmoni hæc magia contingit.

3. Quoniamcunque sit, sive cum pacto expresso, sive tacito est grauiissimum peccatum, quia habere commercium cum dæmoni, & ad illum recurrere sedit in grauiissimam diuinæ maiestatis iniuriam. Neque in hac parte admittenda est parvitas materiæ (quamus probabiliter reputat Valen. dis. put. 6. quæst. 13. p. 3.) quia quælibet cum nequissimo hoste societas, quodlibetque commercium, & recessus, & in eius ope fiducia religione diuina maxime aduersatur, tametsi materia, & effectus intentus levissimum sit: sic Sanchez. lib. 1. in decal. cap. 40. num. 13. Lessius lib. 2. cap. 44. dub. 4. num. 26. indicat sicut tom. de relig. lib. 2. de superst. cap. 14. num. 1. Neque ab hoc peccato excusat illis mediis vanis viens, ex eo quod dæmonis pacto tam explicito, quam implicito renunciare: nam esto verbi renunciare, facto ipso pactum & commercium cum dæmoni inire valet, ut bene relato Philiaco de Officio. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 11. vers. quarta conclusio, docet Sanchez. lib. 2. in decal. cap. 40. u. 25. Excepto nisi vitris illis vanis non ad experientiam effectum, sed ad conuincendum illis viensis ex dæmonis auxilio operari, qualiter testatur Caetan. in summ. verb. Incantatio se quibusdam verbis facit vñm fuisse ea protestatione facta, se nullo modo dicere illa verba, facta, ut instituta à dæmoni ad mouendum annulum, sed ea in Deum eorum authorem dirigere: quia intentione posita verba proculis, & annulus immotus remansit: sic Sanchez. lib. 2. in decal. cap. 40. num. 25. & lib. 7. de mar. dis. 95. num. 4. Debet ramen adesse necessarias huius experientias, & spes mora iter certa deceptionem fore manifestandam: alias periculum erit, ut decepti in suo errore firmius existant, & tu in eum labaris.

4. Aliquando ex ignorantia, & inaduententia vincibili tamen, sed non crassi, & supina potest esse veniale pecca-

B b 3 cum

tum in magia, quæ absque expresso pacto cum dæmonie sit: sicut Valen. Suan. Sanch. Lessius locis citatis. Stante tamen expresso pacto non videatur qua ratione inter fideles possit dari ignorantia à mortali excusans. Suan. *supr.* Secundo dicunt Sanch. & Valen. esse venial peccatum, si his superstitionibus viris non serio, sed ioci causa, vel ex quadam animi levitate, & curiositate videnti, an effectum habeant. At certe nihil difficile est hanc curiositatem à mortali excusat: si quidem societatem cum dæmonie habent & eius auxilium tacite petere, tametsi ex curiositate, & levitate fiat, in gravem certe diuinæ maiestatis iniuriam, & ex alia parte non leui pericolo deceptionis eff. expostio.

5. Advertendum tamen est, hoc peccatum magia alia grauissima peccata contra fidem, religionem, castitatem, & iniustitiam secum defecit soleri. Solent enim magi dæmonem adorare eique sacrificium offerre, ut cum proprium, & beneficium habant, renunciant Christo eiisque Sacramentis, reputant dæmonem felicem, neque Deo subiectum, cum coquenfados habent concubitus, & perpetuo eius obsequio se tradunt. Insuper dama grauissima, & homicidii præcipue infanticium perpetravit: ob quæ metito ex hoc mundo exterminandi sunt.

6. Rursus vana obseruancia, seu magia triplex est iuxta triplex genus effectuum, qui per magiam procurari possunt. Prima est, qua tibi, vel alteri intendis scientias rerum naturalium subiici, & absque ullo labore comparare. Secunda, qua ibi, vel alteri comparate intendis bona fortuna, & honoris, corporis sanitatem, vita longitudinem, &c. Tertia, qua dama proximis inferuntur. Omnis autem haec distinctione, & diversitas materialis est, non formalis. Nam in ratione magiae superstitionis non distinguuntur: si quidem in omnibus illis est eadem malitia, cultus dæmonis, societatis cum illo & in illum fiducia: sic Suarez lib. 2. de superst. c. 14. n. 10. & c. 15. n. 2.

P V N C T V M IX.

Quæ possint à dæmonie secundum eius virtutem fieri.

S V M M A R I V M.

2. Petere à dæmonie, que ipse prestare naturaliter potest non eß propriæ superstitionis, eff. sit grauissimum peccatum.
2. Latissima eß dæmonie potestas. Expenditur Primo circa elementa, aliasque res naturales.
3. Habent potestatem circa humana corpora, & qualiter.
4. Circa animas separatas communis eß sententia nihil posse.
5. Proponitur difficultas ex anima Samuelis. 1. Reg. 28. & sit illi facit.
6. An verum sit sagas, & maleficis à dæmonie aportari, an quantum sit singulis Proponitur sententia negans aportari.
7. Sub distinctione quæsto resoluuntur. De potentia dæmonis non esse dubium de facto sapè aportari.

1. **V**T plenè observationis vanæ species intelligantur nec scario plementanda est hac quæsto. Nam si à dæmonie petas quæ ipse facere potest ex multorum sententijs, quam probabilem iudicamus, superstitionem propriam non committit; tametsi grauissime peccat; quia non ei defers honorum Deo debitum, in quo superstitione sita est, sed defers honorum ei proprium, & naturale. Quocirca inveniendum est, quæ dæmones facere possint, quo non satis inter doctores constat.

2. Voum tamen est omnino certum, latissimam esse eorum potestatem ad nocendum hominibus, si Deus permittit; quia per peccatum non fuit eis sublata, imo nec diminuta naturalis potestas in hac inferiora operandi: ut tradit D. Thom. ab omnibus receptius, 1. p. quæst. 64. art. 4. Primo ergo habent dæmones potestatem circa elementa: possunt namque de uno loco in aliis transferre nubes, ventos, p'uias, grandines, & tonitrua. Item possunt tempestates alibi exortas huc, vel illuc impellere, silere, & mitigare. Item valent ejusmodi destruere, incendia cauare, segetes conculcere, & de uno in aliis locum in iðu oculi transplantare. Item à fortiori possunt auctum terræ absconditum, vel mari inclusum extrahere, tametsi raro Deus id permittit, ne hac occasione homines ad sui obsequium pertrahantur. Ratio autem est: quia ad præstantos hos effectus non requiriunt nisi virtus motiva loco ad locum, quan ex pluribus scripturæ locis constat dæmones habere. Sed non inde sequitur posse ordinari vniuersi pervertere: quia Deus non permittit: ex diuina enim prouidentia eius potestas coeteratur, ut recte D. Thom. 3. contra gentes. c. 108.

3. Secunda habent dæmones potestatem circa humana corpora, vt ea possint variis morbis afficeri applicando aliqua vocula, quibus humana industria occurri non possit. E contra

possunt morbos omnes curare, qui naturalibus remedij curati valent. Item possunt impedire lassiones omnes, quæ ex igit gladio, aliisque instrumentis irrogati homini possunt, tum interponendo, tum imperium infringendo, tum media contraria applicando, sicuti Simon Magus sapè faciebat, tamen id Deus permittit, ne simplices decipiatur. Deinde possunt de loco in locum homines transferre brevissimo tempore spatio. Item possunt eorum formas, & qualitates transmutare, non intrinsecè, sed extrinsecè unum aliam loco illius substituendo, tum reddendo illum invisibilis corpore aliquo intermedio opposito, tum transportando in patrum longinquam, tum immurando phantasiam praalentem, ut videatur muratus, cum tamen in se nullam repperit mutationem. Tertio habent potestatem imprimenti in anima coniuncta corpori, quæ exphantasia, & dilutione corporis pendente, valet enim exigitate ad odium, ad amoorem, ad libidinem, aliisque similes affectiones. Quarto possunt inferiores dæmones aliigare, comprimere, coactere, in corpora humana introducere, introducta expellere, ac denique possunt se voluntati Magorum subiungere. Alij autem effectus miraculosi, quique virtutem agentium naturalium exceedunt, fieri non possunt à dæmonibus. Vnde demon non potest hominem in bestiam transformare, quia esto possit hominem occidere, non tamen potest brutam animam suo corpori uite, & sic uitanam iterum illam expellere, & denuo animam hominis reunire. Quocirca omnes illæ transmutationes, quæ à Magis refertur, præstigia sunt & illusiones sensuum non vera, ut confitatur ex cap. non mirum 26. quæst. 5. & tradit. D. Thom. 1. part. quæst. 14. art. 4. ad 2. Cœtrus lib. 2. de iusta hæritate, unit. cap. 14. Suarez lib. 2. de superstitione, cap. 16. num. 6. Similiter neque possunt dæmones hominem producere aliquid postea uenientia quæ ad sui organizationem requirent virtutem animæ coniuncta, tametsi possint esse incubi, & succubi in corpore afflumpio, & sic membris ab hoc decimis in virtutem fronsu iuromittere, quo ipsa concipiatur, sed eunc dæmon non ei patet, neque genitor illius factus, sed homo qui semen emisit, quia dæmon semen transportauit, non prodixit.

4. Circa animas separatas communis est sententia, nihil posse, neque enim possunt eas de loco in locum transferre. Nam si in celo sunt, alienum erat à diuina maiestate, & statu illo beatissimo, ut dæmonibus subiectentur: sunt enim illorum iudices, & domini, si tamen in purgatorio existunt, sunt in via beatitudinis, & ob eandem rationem non decebat eas dæmonibus subiici. Præter quod ibi sunt ex diuina ordinatione, donec peccata expient, quibus expiatis recta ad celum via tendant. Si autem in inferno morantur, habuissent ibi tranquillam in carcere à diuina iustitia reclusi, à quo exinde ualentes illi perimitur, dæmones vero executores sunt diuinae iustitiae, & illius ministri ad animas tortuandas: his autem non conceduntur, ut teos ducant, quod relinquent, sed ut torqueant iuxta delictorum qualitatem: & ita expedit notavit Suarez lib. 2. de superstitione, cap. 16. numer. 14. Lullius lib. 2. de infest. cap. 44. dub. 3. numer. 23. Quocirca cum aliquæ anime virtute maleficiorum appareret, non censenda sunt ipsæ apparetes, sed eorum imagines, & vmbrae à dæmonibus efformatae, & per quasi ipsi dæmones loquuntur.

5. Sed obstat aduersus hoc pronunciatum locus 1. Regum 28. vbi refertur ad Pythonis incantationes Samuels animam euocatam esse. Quæratur enim Samuel de Saul quod ipsum obligauerit relinquere quietem id est fedem certam & stabilem, quam habebat. Dicit enim, quare inquietatus me, ut suscitaret, quasi diceret, quare me cœgisti relinquere locum, in quo quiescebam, & à mortuis relurgere: sed nulla illa via Saul Samuel inquietauit, nisi media Pythonis. Ergo Pythonis potuit animam Samuelis euocare à limbo. Quod autem vere Samuel apparuerit probat poët. Primò, quia facie rex teat curta mulierem Samuelum videlicet auctoriter videlicet mulier Samuelem, & iterum dicit Samuel ad Saul, quia de figura non videntur intelligenti posse. Secundò, quia in libr. Ecclæstis. cap. 46. loquens de hac apparitione Samuels dicitur. Pote hinc dormiuit, & nouum fecit Regi, & ostendit illi suam vitam suam, & exaltat vocem eius de terra in prophetia delere impietatem genit. Quæ verba uidetur claret probare verum Samualem apparetur. Tum quia in laudem Samuels enumerantur. Tum quia per veram prophetiam sunt dicta. At si à dæmon figuram Samuels indicante dicta essent, non videret posse in laudem Samuels tale dictum diabolicum cedere, neque illud dictum prophetiam nomen obtinere. Quod si dicas in laudem Samuels illam prophetiam cedere, tametsi à dæmon figuram, quia dæmoni suis concessa, ed solùm, quod Samuelem non representaverit, imo forte media regulatione ipsi facta per Samualem, adhuc non satisfaciens; quia aliter sic videatur à congregazione iustiarum animalium quelibet societas, & familiaritas cum dæmonibus. Ergo non est credendum animam sanctissimam Samuels assumptam dæmonem, ut mediatorum ad manifestandum Sauli exitum vita sua.

Priuilegia hæc propheta dicitur facta per vocem Samuels; si autem qui ibi apparabat, non Samuel sed dæmon esset, potius duci debet propheticam factam à Samuele per vocem dæmonis, quam per vocem ipsius Samuels: propriam enim vocem prophetia requiri, non umbraticam.

In hac re dicendum est probabilius esse, & meo iudicio certum veram animam Samuels apparuisse ob rationes modo dictas, quæ amplius videntur. Factor namque ait quando umbram, & imaginem nomine imaginari, & repræfentari appetiri, ut probat Augustinus lib. 2. ad Simplician. quæst. 3. Sæpè enim dicebatur Deus appetere, cum tamen non ipse, sed Angelus cuius nomine appetebat, & Paarao dixit le spiritus vivificare, & vacas ad ripam Nili, cum tamen solum illarum imagines vidisse. & Nabuchodonosor refecit le statuam, neque arborum, sed solum illius imaginem viderit. At quando ad veram & propriam significacionem verba accomodari possunt, non debent ad hos tropos, & improprios sensus detorquendi. In præfensi autem convenientius est, & forte necessarium, ut in propria significacione verba vñspurantur, & de vero Samuele, & non umbratico appetitu intelligatur. Quod iam ex illo loco Reg. quam ex Ecclesiast. suis colligitur. Ex loco Reg. quia ille qui apparuit dixit Sauli facies tu Domus, sicut locutus sit in manu mea. At communio, quam Dominus Sauli per manum Samuels lege fecerat, non erat per Samuelem fictum, sed verum. Item ipse Samuel conquestus est, quod fuerit a Saulo inquietatus, ut luctaretur diabolus. Autem nunquam fuit inquietatus, ut luctaretur. Ergo non de diabolo sibi forma Samuels, sed de vero Samuele debet intelligi. Cuius autem id conlat ex loco Ecclesiast. 46. Nam eodem tenore, quo dicitur Samuele prophetam Domini esse in sermone fidem, & ab auraria immancem, & tam in Domino obdormire, dicitur notum fecisse Regi finem vite sua, & exaltasse vocem suam de terra in propheta dilectæ impietatem genitum, sed esse Samuelem in propheta domini in sermone fidem, ab auraria immancem, & tandem mortuum esse, non contigit per figuram, & repræfigationem, sed verè, & proprio. Ergo illa Regi manifestatio finis vita sua è vero Samuele procul, & non à figura. Et confirmo: nam ab illo die cui manifestata fuisset Regi futura qui dormiuit, id est, mortuus fuit, sed mortuus fuit Samuel verus, & non umbraticus. Ergo verus Samuel apparuit. Poinde a cœlante Samuele de terra Deus exaluit vocem eius in propheta, id est, fecit, ut alia voce futura prædicteret abi- que viro errore, ut sic Samuel non solum in vita, sed post mortem verus propheta haberetur, quod de vero Samuele oportet intellegi: sic Augus. lib. de cura pro mortuis agendis, c. 15. & 16. mutans sententiam, quam docuerat lib. quæst. 2. et. reg. 9. 27. & lib. de doctr. Christiana, cap. 29. Basilius epifol. 80. Iustini Martyr. dialog. cum Triphonen. versus suos Ambrosius lib. 1. in Lucam, ubi de Zacharia turbato. Lyra. Caeteran. Abulensis. Charrthusian. Galpar. Sanchez. & alijs Commentatores Regum. Bellarm. 1. lib. 4. c. 11. Martin. Delrio lib. 2. disquisit. mag. q. 6. & 9. 26. scđ. 4. Vallal. de saec. Philosoph. cap. 33. Suarez. 1. 2. in 3. p. 8. Thom. q. 52. disquisit. 42. scđ. 1. de Relig. lib. 1. de superbit. cap. 16. numer. 18. Benedict. Pereira in 7. cap. Exodus. 8. Lessius. lib. 2. de iniquitate. cap. 44. num. 23. Neque obstat Samuelem dixisse Saul: Cras tu, & filii tui mecum eritis; quia non intellexisti mecum eritis; in eodem loco paradi, sed mecum eritis in solipacho; hoc est sicut ego mortuus sum, & sepultus sis, vos mortui, & sepulti eritis. Frequens enim est in scriptura etiam cum mortuorum dicere apponit ad patres suos. Hac enim ad corpus potius quam ad animas referuntur. Item non obstat, quod Samuel permiserit se à Saulo adorari; quia non conflat cum adoratione latræ adorasse, sed dulia tantum, quæ sancta licita est.

Secundo dicendum censeo verum Samuelem non apparuisse ex vi, & efficacia magicae incantationis sed occasionaliter ex illa. Dei tamen iussu, & ordinatione rum ad gloriam Samuels, tum ad maiorem Sauli punctionem: sic fieri omnes. Dicentes nuper relati, sed specialiter. Thom. 2. 2. quæstione 17. art. 5. in respons. ad 4. Caeteran. in supradicto loco Reg. & ibi Galpar Sanchez, Suarez, Lessius, & Pereira supra. Et ratione probatur. Nam si anima Samuels vi, & efficacia magica artis ab inferis excitaretur: maxima inde laudem magica artis obsecinet, & quia potest effici vi haec sanctas animas in sūlum Abraham quiescentes extrahere, & ducere, quod Magi pluerit. Si autem non valet coelas extrahere, sed voluntariè contentientes: & Samuel efficacia artis annuit procedublio occasione tribuit suspicandi artem magicam potentissimum esse, eiisque exemplo possent homines excitari ad illius usum: si quidem ipse mortuus non repulit, cum posset sed potius contentis. Nullo ergo modo dicendum est, arte magica Samuelem fuisse excitatum, sed dum Pythonissa incantationes parabat, eius oculis se obvulsi. Quod sufficienter colligitur, ex eo quod statim ac mulier securitatem à

Saulo obtinuit in maleficio faciendo simul apparuit. Ergo non apparuit ex vi incantationis, quæ vt fieret longum tempus existitulabat Isæ Pythonissa turbata est vehementer viso Samuele, quod non fieret, si ad eius incantationes Samuel appariret, sicut aliarum animalium imagines apparetant. Deinde Samuel non apparuit ex habitu, & forma, quia solen hæc spectra arte magica apparet. Alia enim vt refert Theodore. q. 61. pedibus lussum elatis, & capite deostum, a la supina sicuti seculuntur, apparent, & apparent tetrica, & obscura. At Samuel apparuit rectus, & splendore circumfulitus, ita ut ipsa Pythonissa diceret: Deus vidi ascendentes de terra: id est quid d'iuuen video. Et signum est non ex magica arte, sed Dei virtute, & ordinatione Samuelem apparuisse, cum Pythonissa se prepararet ad incantationem, neque obstat Samuels quæla. Quare inquietasti me; quia ob petitionem Saulus Deus illum inquietauit, id est quicquid relinquere fecit, & sic à Saulo occasiona iter Samuel inquietatus fuit.

Quod si roges, quare Deus Samuelem excivauit, ut Sauli futuri prædicteret cu[m] Pythonissa incantationem praeparare, & non ait; cum ipse dominum consuluit per somnia, per sacerdotes, & prophetas: videtur enim occasione tribuere existimandi à Pythonissa Samuelem fuisse evocatum? Respondet potest merito id factum est, tum vt Saul se cognoscet ut Deo esse despiciens, qui consuluit ei non respondebat. Respondit autem, cum Pythonissam consuluit, tum in penam peccati recente commissi. Tum quia illo tempore acerbior illi futura erat temeritas: eo quod timore grandi angebatur. Tum forte, ut à peccatis respliceret, cùque penitentia deleret, mortis mors iam imminentis, & nouificata per eum, cui fides necessario adhibenda erat.

6. Rellat satisfacere illi questionem: an verum sit lagas, & maleficos à dæmoni apportari, & convenientibus interesse, an & tantum sic fingi, & imaginari; sicuti cum quis dormiens reputat loco plurima petrata, cum tamén verum non sit, sed solum imaginatione succedit. Non defuit, qui negant verè Magos à dæmonie apportari, neque verè conuenientibus interesse; sed omnes illas dæmonia adorations, inefitos concubitus, coniugia, & simili per representationem succedere: & probant primò, quia særpe tentantur ibi a sūlile, cum tamén manifestè constet locum non deseruisse; in duplice autem loco non potest dæmon corpus collocare. Secundò, tentantur ibi vidisse plurimos, quorum suspicio nulla est delecti ita nefandi. Tertiò, affirmant pronunciatu nomine I e s v statim omnia euangelia: quæ si vera essent non possent ita brevi tempore, & ibi assilentes illuc reperirentur. Quartò, si in voluntate sagrum sūlum est transporari ex loco ad locum, quomodo carceribus detinentur, & à judicibus puniuntur? Quintò, mutant aduersas formas, quod dæmoni est impossibile. Sextò, in cap. Episcop. 26. q. 5. reputant hæcierit credentes de loco ad locum striges verè transferri, sacerdotibus grauitate mandatur, ut per suas Ecclesiás prædicent falla esse, quæ de iis mutationibus lagas confundunt.

7. Ceterum loqui possumus de facto, & de potestate. Et quidem de potentia semini potest esse dubium posse dæmonum has lagas, seu striges de loco in locum brevissimo tempore transferre, tametsi oīta clausa sint: quia facilissimo negotio potest omnes portas aperire, & murum si opus fuerit dividere, & item copulare: quia sola virtus morior, quæ dæmonibus naturaliter infusa est, hæc omnia fieri possunt. Nunquam tamen potest dæmon corpora penetrare, aur in duplice loco idem corpus constitutere: quia si sunt effectus excedentes naturam eam virtutem ac proxime miraculosis, & multo minus potest lagas in bestias transformare quia vi dictum est, naturalem virtutem excedit. Neque obstat magos in Egypto, Exod. 8. & 9. virgas in serpentes transmutasse; quia haec cum sint animalia imperficta, quæ ex putrefactione teat, & elementorum dispositione sepe generantur, porcentur applicare materiam, ut sic breviter illæ transmutationes fierent. Adde plurius probari solum apparet illas transmutationes factas esse.

At si de facto loquamus, affirmandum est særpe has lagas à dæmonie apportari, & convenientibus interesse verè, & realiter, & non tantum apparetur: sic ex communis sententia docet Valent. 2. 2. dipl. 6. 9-12. penit. 2. Pegna. director. 2. p. comm. 67. post medium. Azot. 6. lib. 1. inquisit. d.c. 25. q. 3. Suarez 1. 1. de Relig. lib. 2. de superbit. c. 16. a. n. 24. Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 40. n. 6. Lessius lib. 2. de iniquitate. c. 44. dub. 3. nn. 15. & 16. Martin. Delrio lib. 2. q. 10. & lib. 5. sed. 1. b. n. 4. & 5. Et desomittur ex tot virorum, & mulierum testimonio, ut prudenter negari non possit. Neque obstant argumenta contraria. Ad primum concedo aliquando solum apparetur has lamias transfigeri, quod facit dæmon, ut veras transmutaciones infirmari, & iudices detinat, ne lagas pro criminis qualitate puniant, putantes solum apparetur hæc fieri. Quod si virgines, quomodo cognosci possit, quando verè, quando aperte raptantur transferantur. Respondeo ex aliorum testi-

monio circumstantiis obseruatis. In casu autem dubio semper presumendum est transferri. Addit, esto de facto nunquam translate sint, debent ac si essent translatas puniri? tum ob Pactum cum demone expressum. Tum quia voluerunt se transferri, & ad ilium finem se vocationibus prepararunt. Tum quia eum in se redeuent approbant, & gaudent de factis in illis nequissimo conuentu sibi representatis, ac si vere ita contingissent. Ob qua merito debent ei mundo exterminari, quia re publica perniciissima sunt. Ad secundam concedo sepe daemones, ut his diabolicos conventus authoritatem prestant, effigies ibi figuris piorum virorum, hoc ramen non tollit, quominus eius ministri ibi adfisterint. Ad tertiam factorem pronuntiatione nomine Iesu omnia euangelica aliquando, & sagas ibi translatas illuc permanere. Ad quartam diuina prouidentia factum est; vt e manibus iudicis se liberare non possint. Tum vt ipse malefice puniantur, tum ut omnibus constet demonem diuina prouidentia subiectum esse, sibique obsequentes in periculo deferrere. Ad quintam negoti formam propriam immutari, tametsi magie videatur per imaginationem mutata esse. Ad sextam dico in illo cap. Epis. ep. nullo modo damnari credentes, sagas, seu stygias, de loco in locum transferri, sed damnari credentes transferri in veras bestias transmutatas. Idem credentes Dianam esse veram Deam, posseque equos esformare, quibus laniæ transucherentur, & Herodiadem verum suum corpus assumere & cum laniis ætra discutere. Hac enim omnia errore sunt, & à vera philosophia protius aliena.

P V N C T V M X.

Declarantur magicae Superstitionis, quo-
vskque illicitæ sint.

S V M M A R I V M.

1. Ut effectus aliquis à magia damnata procedat, debet causam naturalium excedere, & quomodo hoc possit cognoscari.
2. In casu dubi à causa naturali reputandus est.
3. At posito à causa naturali proueniens non posse, à Deo, vel à demoni debet necessario proueniens, quod colligendum est ex media assumpsi, & in casu dubio reputandum proueniens, à demoni.
4. Non potest demon scientias rerum naturalium tibi breuiissimo spatio infundere.
5. Si hoc proccures, superstitionis es, & quo inde infarrantur?
6. Differt hac magica superstitione à diuinatione, quia diuinatione transiens cognitione procurator, at magica superstitutione permanentes.
7. Scientiam rerum naturalium tametsi male acquisita liberè vti potes.
8. Si aliqua verba, vel signa sacra usurpes, credens illi liberum te esse à subitanæ morte, à lesionæ inimicorum, ab aliisque casu fortuito, &c. superstitionem magicanam committis.
9. Idem est si bona fortuna precibus circumstantias vanas habentibus consegui spes. Et quid de mulierculis, vulgo ensalmadoras.
10. Qua in his precibus à superstitione excusat.
11. Si media improportionis sanitatem corporis proccures superstitionis es, & quid de usu imaginum astronomicarum?
12. Mutare locum in ludis, sperans inde felicem euentum, superstitionis est, subintelligitur, si cerid credatur.
13. Quid dicendum de iis (quos Hispani vocant salutatores) alij eos approbant, alij improbant.
14. Sub distinctione responderemus.
15. Explicantur aliqui casus, ex quibus licetus, vel illicitus horum salutorum usus colligi possit.
16. An virtus sedens in salutis oribus in ito operabilis naturalis sit, an diuinus infusa? Non est satis exploratum.
17. Ars chymica hominibus est incognita.
18. Assumere vanad proximorum norumentum superstitionis magica est omnibus deresabiliter.

1. **V**T effectus aliquis superstitionis, & arte magica effectus debet constare, neque à causa naturali productum esse, sicutem eo modo, quo est productus, neque à Deo provenire. Nam si à causa naturali adæquata prouenire non ad Magiam damnatarum, sed ad Magiam, quæ pars est philosophiae pertinetib; autem à Deo est productus contra virtutem caualium et ceterum, erit opus diuinæ virtutis. Cognoscere autem quando à causa naturali, quando à Deo, quando à demoni effectus proueniat, difficile est, vt recte expedite Valent. 2. 2. disp. 6. q. 13. p. 3. ante med. Sanch. lib. 2. c. 40.

à n. 42. Ut autem cognoscatur, an à causa naturali, an à superiori virtute effectus proueniat comparanda est causa cum effectu, & effectus cum causa, & examinandum, an ex lapidem doctina talis causa potens sit effectum producere, ex causam illam importem est ad taliter effectum firmatur, necessario concluditur non prouenire à causa naturali. Alias si huic iudicio inhærendum non efficit, nihil in philosophia certum pronunciari poterit: vi bene dixit Valent. dicto illo punt. 2. v. 1. At pertinet.

2. In casu tamen dubio, an effectus naturaliter à causa appetita proueniat, reputandum est prouenie. Tum quia cultor delictum, quod non debet præsumi, nisi probetur. Tum quia virtutes caualium naturalium multiplices sunt, & multis etiam sapientibus ignorant. Nam sapere ea que tanquam militia habebant inueniuntur à causa naturali prouenient, ut multis exornat. August. lib. 14. de cunctis. Dei. c. 24. & confitit potest ex his que refert Plin. lib. 2. infinit. natur. c. 8. de Plyllis, & Marcus, quorum tactus venena curabant, & effectus serpentibus teritor erat: sic Sanchez lib. 2. c. 40. n. 44.

3. At postio effectum à causa naturali prouenire non posse, necessario est dicendum a Deo, vel à demoni prouenire. A quo autem prouenire inuestigabis ex mediis, quibus ad effectum comparandum vteris. Si enim media non sine a Deo, & ab Ecclesia instituta, sed præter confutendum, & vim virtutum prudentem fatendum est à demoni, qui in his vanis complacet prouenire. Secus vero si vteris mediis ab Ecclesia præordinatis, neque in illorum vni modum excedis, quod dixerim, quia potes vti mediis a Deo præordinatis, oratione scilicet, ieiunio, aliisque Ecclesiasticis carentem, purans effectum infallibiliter habitura, cum tamen non habent, nisi pro Dei benedictio in quo modum excedis. Item circa effectum, ad quem talia media non sunt præordinata. Quod si inquiras quid in casu dubio iudicandum est. Respondeo, reputandum esse à malo spiritu prouenire, quia minucia prouidem non sunt, nisi probentur, neque credendum est Deum absque grauissima necessitate ex factuum: sic bene probat Sanchez lib. 2. in decalog. c. 40. n. 44. Lefuis lib. 2. de iustit. c. 43. dub. 10. n. 62. & 63. & c. 44. n. 2. Suarez r. 1. de Relig. lib. 2. de superst. c. 15. n. 1. 13. & 14.

4. Circa primam superstitionem magicanam, quæ est de scientiarum infusione, dicendum est impossibile esse demoni scientias rerum naturalium tibi breuiissimo spatio infundere. Tam quia ipse non videtur habere virtutem producendi hos habitus, neque immutandi immediate superioris animæ potentias; sed ad summum habet poterit immutandiphantiam, quia immutata per sympathiam immutari omnibus actibus, qui necessari sunt ad vniuersitatem scientiarum confectionem; efficitur nullo modo posse breuiissimo tempore scientias tibi communicare: & ita tradit Suarez lib. 2. de superst. cap. 16. numer. 12. Quod si aliquando videtas quæ mediis vanis, & inefficacibus subditio se in aliqua scientia ostendere veratissimum, vt de Anabaptistis dicitur, qui sumpo illo exercitando pane (quem ipsi Eucharistiam vocant) totam scripturam recitant, ac si illam memorie mandarent, cum tamen antea prius illam ignorarent, dicendum est, demonem illi assisteret, & ipsorum linguam mouere, quod non leuit colligunt, ex eo quod renunciata hæresi, & penitentia peccati fa-
ta omnino ignorantem redduntur.

5. Verum esto demon hanc scientiam infusionem facere non possit subito, si tamen tu illam procures mediis vanis, & à diuina prouidentia non præordinatis superstitionis es: quia conuincitur à demoni petere quæ Dei sunt propria. Ad id est, si vanis vteris, vt memoriam augeras, in studiis proches, semper enim conuinceris à demoni procurare quidem Deus neque promis vanis acquirescere, neque illis moueri potest. Ex his constar artis notior vñ superstitio esse, ut ipso quæ mediis ieiunio, & orationibus permisxis vanis quibusdam circumstantiis praetendunt rerum naturalium cognitionem. Th. 2.2. q. 95. art. 1. Martin. Delrio lib. 3. disquisit. mag. q. 4. lib. 2. Lefuis lib. 2. cap. 43. dub. 10. num. 62. Sanch. lib. 2. in decal. c. 40. n. 30. Suarez lib. 2. de superst. c. 15. n. 4.

6. Quod si inquiras in quo hac vana obseruancia, & magica superstitione à diuinatione differat, Respondeo differere, quod in diuinatione procuratur cognitione transuerso alienis effectus occulti, quæ tota nititur auctoritat & testimonio demonis reuelantis. At per magicanam superstitionem procuratur cognitione scientifica permanens, seu in habitu naturalium rerum, quæ per industrias obtineri poterat, vel à Deo diffiniti infundi.

7. Aduerto tamen scientia semel acquisita rerum naturalium tametsi ope demonis acquireferis, libere te posse illa vratificare, que eam docere. Quia in hoc vnu, & in hac doctrina nulla superstitione inuoluitur, & per accidens est, quod fuerit à demoni infusa: sic Suarez lib. 2. de superst. cap. 15. n. 24. Viator. q. 4. de Magia. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 13. p. 2. v. 1. quarto negat.

DE
ASTRO
PALA
TOM
I
II
III
IV

veque. Sanchez lib. 2. c. 41. n. 1. & c. 42. n. 20 & lib. 7. de matr. diff. 96. num. 4.

8. Circa secundam speciem magiae superstitionis bona corporis selpientem Regula generalis est ope dæmonis effectum procurari, quies vetus medis, quæ non sunt ad tam effectum à Deo præordinata. Hinc sit te superstitionem mortalem committere, si aliqua verba vel signa sacra floripes, vel tecum deferas, credens illi liberum esse à substantia morte, à letione inimicorum & à qualibet alio cau fotuio: tamen illis verbis & signis facies admixta non sint aliqua utilitas; quia defers verbi infallibiliter effectus, quem ex diuina institutione non habent, alias essent sacramenta, vel sacramenta; sic Leffius lib. 2. de infinita, cap. 43. dub. 10. num. 63. verba obserua. Nauar. summ. cap. 11. numer. 34. & cap. quando de consecratione, diffinit. 1. cap. 19. numer. 160. Suarez com. 1. de Religione, lib. 2. de superstitione, cap. 15. num. 9. & 10. Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 20. Circulo de superstitione, part. 3. cap. Sayrus Clavi Regia lib. 4. c. 6. num. 8. At si venerationis factorum verborum, & reliquiarum apportiona non sperare certo hos effectus, sed consideres Deum illo reverentia actu, & Sanctorum meritis, & intercessione forè mouendum esse, ut concedas, nullam superstitionem commitatis, sed potius religionis actum exercetas; quia salutem corporis spes medis à Deo præordinatis, & non aliter quam præordinata sunt: sic Suarez & Sanchez locis citatis.

9. Secundò sit, à fortiori superstitionem mortalem esse; si bona fortuna, corporis sanitatem, aliaque similia prætentas confequi precibus circumstantias vanas & inutiles habentibus si credas illam vanam circumstantiam necessariam, vel utilem esse ad effectum: nam cum non sit virilis ex se, debet esse virilis ex præstatione, & directione alicuius, non Dī, quia vanis non mouetur. Ergo dæmonis. Ergo speras effectum à dæmonio consequi. Et ergo mortalis superstitione etiam in materia levissima: sic Sanchez lib. 2. in decal. 40. num. 8. & 22. fundo, n. 23. Leffius cap. 43. dub. 10. num. 63. Valent. 2. 2. diff. 6. 9. 13. p. 2. col. 2. Ex qua doctrina recte potes colligere iudicium de mulieribus illis quas vulgo vocat enalfadoras, & fantagadoras. Si enim vanas aliquas circumstantias misceat (vt regulariter misceret solent) precibus, & orationibus fidentes sic effectum esse conjecturare, & non aliter sine dubio mortalem superstitionem commitunt. At si nullam circumstantiam vanam miscent, permitti poterunt, dummodo non credant effectum infallibiliter esse consequendum. Raro ramen ita procedunt, ut rectam, & moderate habent intentionem, nullaque circumstantia vanaruntur, id est raro permitti debent principiū cum his videntes viles sint, & vita non probata, omniaque ad quæcumq; dirigant, & à fortiori si credas hunc numerum candelarum esse appendendum tali loco, tali hora esse missam recitandam: quia hæc vanæ sunt ut diuinam maiestatem moueant: Sanchez cap. 40. num. 9. & confit ex Tridentin. fest. 2. decreto de obseruando, & videntia in celestrib. Missor.

10. Non tamen erit supersticio, si liber ab hac credulitate cum numero missarum dicas in memoriam alicuius sancti: tum ut ad maiorem deuotionem excites, tum ut illius meritis, & intercessione adiuves. Quapropter non est damnandus, qui missas, quas vocant D. Gregorij vana superstitione denudatas recitaret in memoriam, & honorem D. Gregorij qui triginta diebus pro defunctis specialiter oravit. Neque ille qui nouem diebus imaginem alicuius sancti visitaret in memoriam novem mensibus, quibus sanctissima Virgo Deum in verbo suo portauit, vel in alterius mysteriis recordationem. Neque qui numerum certum candelarum apponenter ob eundem titulum: quia iunc non in numero, sed in oratione inducitur ponitur, & numerus assumitur ad speciale deuotionis excitamentum, credens si augeretur, efficaciorum esse. Ex quo confit non esse absolute damnandum, ut superstitionis vnum multorum fideliū, qui in animalibus, nedendis diem alicuius sancti obseruant, & ut à morib; & periculis liberentur, iuxta eius tempus nonies circunducuntur: quia credendum est diem illam obseruare, & numerum affumere in illius sancti memoriam, & honorem; non quia fidant illis ceremoniis ita certo effectum consecuturos, & illis diminuiti aut ætis nullum habitueros. Et idem est de colligentibus herbas in die natalis S. Ioannis Baptista: non enim credendum sic colligentes sperare effectum infallibiliter ex illa circumstantia, sed illam apponere in specialem sancti honorem, & ut se ad illius deuotionem excientes Sayrus clavi Reg. lib. 4. cap. 6. n. 7. Delrio lib. 8. diff. quis. mag. p. 2. q. 4. fest. 6. Valent.

2. 2. diff. 6. 9. 13. p. 2. col. 2. Sanchez lib. 6. cap. 40. n. 31. vbi optimè adiuerit, si comodè fieri possit hac esse extirpanda ob periculum scandalis, & superstitionis. Alias docendi sunt suplices, ne errant: supradictis omnibus Bonac. consensit. diff. 3. de primo decalog. præcepto, q. 5. p. 4. n. 11. & seq.

11. Tertio inferrit, si mediis improportionatis sanitatem corporis, bona fortuna, aliquæ similia prætences, superstitionem mortalem committis: quia tacitè auxilium dæmonis imploras. Huc spectat vñus imaginum Astronomicarum, quæ quia sunt factæ sub quadam constellationis signo, & in tali figura reputantur proficiunt ad varijs morbos praecaudendos, & curandos: talis enim vñus superstitionis est (quidquid dicat Caetera, quæ. 96. art. 1. ad 2.) Ratio est manifesta; quia illa arte facta ratione materiali non sunt principia illorum effectuum, vt ipsime Magi supponunt; sed ratione artificij esse non possunt, quia artificium conseruit ex tali ordine, & dispositione, quo nullo modo sunt principia agendi, vt bene probat D. Thom. 2. 2. quæ. 96. art. 1. ad 2. Ergo tota efficacia deuoluta debet ad dæmonem uterum illis arte factis, & vt signis ad effectus promissois. Quod si dicas, ratione figure disposita esse rarefacta ad recipiendas influentias signi cælestis, ad cuius similitudinem sunt efformatae? Contra, quia ob illam figuram non reddantur illa artefacta aptiora ad recipiendas influentias signi, ad cuius similitudinem dicuntur efformatae, quia si quilibet aliama figuram haberent, & quia figura leonis equi diffimilissima est signo cælesti leonis, ac figura bouis, & hominis; quia illa nomina illis signis impotita fuere ob distinctionem, non ob similitudinem. Deinde ipsum celeste signum non est efficax ad effectus, quoniam hi impostores publicant. Ergo à fortiori non erit efficax signum ad illius similitudinem efformatum; & ita est superstitionis hunc vñus efformatus D. Th. loco allegato, & ibi Valent. diff. 5. 9. 13. p. 2. col. 6. Suar. lib. 2. de superstitione, cap. 15. à n. 18. Sanchez lib. 2. c. 40. n. 50. Leffius lib. 2. cap. 43. dub. 10. n. 63. & c. 44. dub. 2. n. 12. Martin-Delrio lib. 1. disquisit. mag. c. 3. q. 1. & c. 4. q. 1.

12. Ad idem caput superstitionis reductum multorum vñsi, qui dum ludant, neque eis sorti feliciter succedit surgunt, & mutant locum, vt intollerabilem fortunam abiciant, & bonam conciliant; si enim credant intentum consecuturi, absque dubio peccatum mortale committunt; quia cum talis effectus spernari non possit à mutatione, neque à Deo; convincitur spectandum esse à dæmoni. At si non firmiter credunt ex mutatione intentum habituri, vt communiter contingit, sed spectante forte mirandam esse casu fortunam, non est superstitionis mortalitatis: ita relato Alcozer lib. de ludo, cap. 2. paulo post princip. doceat Sanchez lib. 2. decalog. cap. 40. num. 21. vbi bene adiuerit consulere astrologos, qua hora ludendum sit, vt feliciter ludus succedit, vel in illo annulis vt mortale est; quia ex astrologia sciri non potest quis Víctor in ludo evanescit sit. Ergo si id agnoscitur est ex dæmonis scientia, quæ licet ad hæc futura non extendatur, illa ramen reuelat ignorans, & postea procurat effectum promissum impletare, vt sic homines ad se pertrahant, & deceperos deinceat.

13. Sed dubium non leuis est de his / quos Hispani vocant saluatores / an eorum curatio, & effectus mirabiles, quos faciunt, tribuendi sint Magice superstitioni, vel Dei virtuti, vel eaufa naturali? Causa naturali non videtur tribui posse. Tum quia quibusdam precibus, & suo habitu, vel contactu morbis incurabilibus medentur, sanguinem detinent, canes rabidos interficiunt, pedibus nudis ignem conculcant, & alia huiusmodi mirabilia faciunt, quæ causarum naturalium virtutem exceederevidentur. Ergo vel virtute diuinitus, vel dæmonis auxilio operantur.

Hac in re est prima tentativa approbant absoluehos saluatores: sic Azor. 2. 1. Institut. moral. lib. 9. c. 25. q. 2. Nauar. summ. 11. num. 36. Margarita conf. sfor. quæf. moral. fol. 18. Castanegealib. de superstitione, cap. 12. Palazos summ. vebo in concratione: Leffius lib. 2. de infinita, cap. 43. dub. 10. num. 63. circuafam: & fæter. Victor. de arte magic. q. 4. num. 16. in folio ad 2. Nam esto dubius fuerit de hac virtute, tandem considerat se nihil velle in hac parte definire, cum ob bonum commune Deus hanc virtutem aliquibus concedat, vel illi ex complexione, & temperamento habeant, sicuti habuerunt Marci, & Pylly. Ratio esse potest: quia gratia sanitatum in Ecclesia exsistit. Ergo credendum est illis salutoribus saltem ex parte communicant esse: siquidem effectum illius videmus. Neque obstat gratiam sanitatum independentem esse à quibusvis verbis, & contradicibus, vt videtur est in Apostolis, & alius Sanctis miraculofam sanitatem concedentibus, qui nullis verbis, vel signis determinatis videntur, sicuti videntur hi Hispani saluatores, quia hi non habent plenè gratiam sanitatum, sed ex parte. Quibus autem ex parte gratia sanitatum concecta est, mirum esse non debet, vt dependenter ab aliquibus ceremoniis concedatur. Addit illam gratiam forè non tam esse gratis datum, quam à natura concessam ex constellatione cælesti, spectata viuentis complexione, & temperamento.

Secunda sententia absolute reprobata hos salutatores, ut superstitiosos: sic Cirudo de *superstitione*, 3. p. c. 7. & probati potest; quia neque ex virtute naturali, neque ex supernaturali manifestantur. Ergo confessi sunt ex virtute dæmonis operari. Antecedens probo non operari ex virtute naturali, quia virtus naturalis non est alligata verbis, nec signis determinatis, qualibus hi salutatores videntur. Item non apparet, quomodo possint per virtutem naturalium in momento temporis effectus ita mirabiles operari. Ex virtute autem supernaturali credendum non est, tam quia haec peccatoribus transuerterunt foli concedi, & ad aliquem effectum Ecclesiæ necessarium: permanenter tamen non sole flagiosis hominibus concedi, sed viris sanctis, & Deo maxime familiaribus. At hi salutatores permanenter illam gratiam habent, & ex alia parte regulariter sunt improba vita, neque ob alium effectum gratia videntur nisi ob lucrem, & quaestum. Tum quia illa videntur per signa & verba determinata, quod alienum est à gratia diuinis concessa.

14. Dicendum tamen existimo, si salutatores signis, & verbis ad curandum viuent credentes à quoconque vñlupentur, effectum eae habitura proculdubio superstitionem committere mortalem, sic Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 10. num. 63. Suarez lib. 2. de *superstitione*. c. 15. num. 25. Sanchez lib. 2. in *decalog. c. 40. n. 47. vers. 8.* Probo, quia cum illis signis, & verbis annexa non sit naturaliter haec virtus, relinquunt, ut à Deo vel à dæmonicis illis fieri annixa. At non constat neque auctoritate Doctorum, neque Ecclesiæ traditione à Deo illis verbis, & signis sanitatem annocti; alia essent verba sacramentalia. Ergo recurrendum est ad dæmonem. Dices fortè alicui sancto ob eius merita hac gratia concessa fuit, ut à quoconque talia verba, & signa vñlupentur, illis mirabilis effectus faciat: que enim repugnativa in hac concessione inuenitur? Respondeo, esto de potentia Dei absoluta non inueniar repugnativa, inneniti tamen attenta eius ordinaria prouidentia, quia res humanas gubernat. Neque enim eius prouidentia videtur convenientis dari aliqua signa, & verba in Ecclesiæ de efficacia ad illos mirabilis effectus praestandos, quin talia verba, & signa auctoritate Ecclesiæ esse approbata, & a Doctoribus cognita. Ne cuiuslibet licet haec via suas magicas superstitiones diffundat.

Verum si salutatores virtutem concedant verbis, & signis non à quoconque factis, sed factis ab ipsius salutatoribus distinctione videntur est, si signa, & verba vana sint, vel ad effectus vanos eorum virtus extendunt, credendum est virtute dæmonis fieri. At si verba recta sint, & signa proportionata, praesumti poterunt virtute diuinis concessa operi, maximè si sic operantes honestè viuant; alia possunt habendi sunt: sic colligunt ex Suarez & Sanchez, & Doctoribus, quos ipsi referunt locis allegatis. Priorem partem probabo quia alienum est à diuina maiestate ut ad effectus mirabilis signis, vel verbis vanis, & multo minus virtutem concedere ad effectus vanos. Secundam partem mihi probat approbari communis r̄um iudicium, tum confessorum, quam pro se habent iij. salutatores, atque personæ has gratias habentes, ut Rex Galliæ qui suo contractu strumas curat. Qucicunque diligenter ab ordinatis examinandi sunt antequam munus exercere permittantur. Nam si in potestate concessa signis, & verbis, & ad effectus vanos viuantur, proculdubio repellendi sunt. Item tunc repeleendi, si ma. viuant: quia non est praesumendum peccatori hanc gratiam faintare. Deum permanenter concedere: sic Sanchez & Suarez *supra*. Quod si inquiras, quæ verba, vel signa repudia sunt vana, & qui etiam effectus vani sunt reputandi, ex quibus in salutatores dicantur suspeci; Breuerit respondeo, verba vana esse, si neque ad sanctos, neque ad Deum dirigantur: nam eo ipso, quo in Dei honore non credunt vana, & iniuria reputari debent. Signa, seu facta vana repudia sunt, si nullam eum efficiat operare videantur habere connexionem. Effectus item vanus est, si improbus sit, malus, vel nemini proficus, sic lacet Suarez, lib. 2. de *superstitione*, cap. 15. num. 11. & 12.

15. Ex qua doctrina infero superstitionem esse vñluptem tanquam vilia ad eurationem, verba scripture in sensu improprio, aut falso, ut de se constat. Item affirmant in pietatis alterius salutatoris maiori virtute prædicti se nihil posse operari: quia siue sit virtus naturalis, sive supernaturalis ab ea non pendet. Item si dicat se alteri communicare virtutem curandi posse: quia haec siue naturalis, sive supernaturalis sit persona annexata. Ex parte effectus confiteri debet superstitionis. Primum, si ad mouendom aliquam statuam rotu progesilio ordinatur virtus, vel ab illa petetur respondere: quia ad haec vana nunquam Deus virtutem cedit, & naturalis esse non potest, vñlupet dicit Valent. *vers. divisa. præterea.* Secundo, si pedibus ignem conculearet: quia talis miraculosis effectus, nullus videatur esse vñlupit; ac proinde non est praesumendum virtute diuinis concessa operatum: ex virtute autem naturali hoc non videatur fieri posse. Idem à fortiori est, si valcat suo habitu aut tactu vene-

natos, vel morti proximos interficer: nisi enim mortem accelerare, tametsi bono fine fiat, est intrinsecè malum; quia est innocentium interficio. Ergo non potest ex virtute à Deo concessa fieri. Dari autem ad hunc effectum naturalem virtutem difficile est, nec debet presumi, in his consentis Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 47. Curare autem inveniunt nomine l. 1. & Cruce signando, & vulnera tangendo, manu, vel habitu, aut panem à se tactum portiendo, non videatur esse superstitione loco allegato.

16. Difficile autem est definire: an virtus residens in salutatoribus licet operantibus naturalis sit, an diuinis infusa? Nam esse diuinus infusum probat: quia non appetit quomodo ex individuali qualitate, & complexione obtinet posse virtus tantorum mirabilium paratitia. Quod vero naturalis esset sit probat esse pluribus ethnici, & gentilibus communaram, ut testatur Azor, lib. 9. cap. 25. q. 2. quibus non videatur de cens tale beneficium, si supernaturale est, concedi. Item esse similem virtutem in lapidibus, herbis aliisque animabus. Cur ergo esse non potest in hominibus? Deinde virtus naturalis multi solo alicetu alios infectant. Ergo poterunt alii sic infectos sanare: cum natura proclivior sit ad bonum, quam ad malum. Fatoe ratione stando me hanc ut re indecūm esse. At mortis autoritate grauissimum doctorum sententia probabilius esse gratiam gratis datum; quia hac via faciliter intelligitur, quomodo effectus mirabiles fieri possint: sic Delio lib. 1. *disquisit. mag. cap. 3. tota q. 4.* Azor, lib. 9. *infinit. moral. cap. 15. q. 2.* Nauart, *cap. 11. n. 36.* Sanchez lib. 2. cap. 40. n. 49. Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 10. n. 63. inclinar, Suarez lib. 2. de *superstitione*, cap. 15. n. 25. in princip. & num. 27.

17. Secundum dubium in hac materia est de arte chymica, in qua sit transmutatio vñlupi metalli in aurum, vel argenti, aliamvera rem preiosam; an in qua sit transmutatio superstitionis sit? Qui affirmant virtute naturali hanc transmutationem fieri posse, consequenter à superstitione eam liberant, è contra affirmantes nulla virtus naturali fieri posse consequenter dicere debent superstitionis esse, quia Deus his variis non se immiscet: rationes, & doctores virtus patris expandit Martin. Delio lib. 1. *disquisit. mag. c. 5. q. 1. sect. 2.* & 3. vbi tanquam probabilius defendit veram esse transmutationem, & q. 4. contendit hinc artis vñlupum licetum esse.

Mihi tamen placet sententia Valent. 2. 2. *diffut. b. 4. q. 13. part. 2. difficult. vlt. vers. 8.* *efi igitur tercia sententia*, cui videut contentisse Sanchez lib. 2. in *decal. cap. 40. n. 5.* *efi igitur hominibus incognitis* hanc naturalem transmutationem, quod optimis rationibus Valent. confirmat: & clavis videut probati, in *extranag. gondent. de criminis falsi*, vbi loan. 22. in hæc verba loquitur: Spondent, quas non exhibent, dicitur pauperes Alchimistæ - pauperes qui se sapientes existimant in forece incident, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimia alterutrum se proficiunt ludificant, cum sua ignorantia concilicos, qui inupta ipsis aliquid huiusmodi dixerint, admirantur, quibus cum veritas quæstua non suppetat, dum certant, facultates exhaustant, idemque verbis dissimilant falcatum, ut tandem quod non est in rectum natura, esse verum aurum, vel argenum, sophistica transmutatione confundant, eoque interdum eorum temeritas clamata, & dampnata prodiguntur, ut fides (seu fidis) metalis endant publice monetas, charætes hæci oculis, & non alias alchimiam fornicari ignem vulgum ignorantem eludent. Ex quo verissime deducitur Valent, studium illud chymicum esse communiter indiscretum, periculosum, periculosum, & illicitum. Est indecūm confar i. quia contra dictionem, & prudenciam est studium assumer, quod evidenter mortaliter est, nullum esse effectum habituatum. Est etiam periculum quia timeri porci, ne demon se gali studio ingrat, ut eos decipiat. Est etiam recipibile periculum: quia haec vana, & utili spe consequenti dñctus, homines decipiuntur, tempus terunt, & pecunias insument, & rebus necessariis non attendunt. Ex quibus constarunt talis studium illudum esse, quodque sati insinuata sopradicta confititur gravi iniuria, aliisque peritus hos alchymistas afficiens, & eorum studium auxiliantes, auroque ab ipso fabricato vñlupi. Inquit enim Ptolemy. Hanc itaque artem perperus volentes exaltare temporibus hac edificata constitutione famculos, ut quicunque huiusmodi aurum, vel argenum, pene nomine inferte cogantur in publicum pauperibus ergo, ergo, quanti Alchimici existat, circa quod eos alieno predicatorum modorum legitimè confitit, deliqüisse, facientes nihilominus aurum, vel argenum Alchymicum, aut ipso ut premittitur, scienter vienibus perpe- tue infamia nota resperferit.

18. Restat dicere de tercia superstitionis specie, in qua vana assumuntur ad proximorum documentum: de qua in ratione

ratione superstitionis, nihil speciale notandum occurrerit praeter superadicta. Est tamen haec species omnium detestabilissima ob peccata iniuritrix, quae secum trahit: omnia enim nocimeta, quae magici illis superstitionibus a dæmonie sunt, Mago tribuantur; quia ipse illorum causa est viens dæmonie ut ministero ad illa operanda.

P V N C T V M X I.

An licitum, vel obligatorium sit tollere maleficia,
seu effectus per maleficia
comparatos?

S V M M A R I V M.

- 1 Effectu bono, esto male comparato, si à dæmonie in conservacione non pender, ut poteris absque illa superstitione.
- 2 Secus si à dæmonie pender.
- 3 Si effectus maleficij alteri nocuum est, teneris mediis omnibus illicitius remedium procurare.
- 4 Licitum est, & aliquando obligatorium mediis supernaturalibus vti ad curandos maleficij effectus.
- 5 Naturalia remedia licita per se sunt, & Mago obligatoria, si illis nocumentum factum reparari potest.
- 6 Non licet Mago maleficij nocumentum reparare alio maleficio, tametsi alia via damnum reparari non possit.
- 7 Non licet iudicii causa curiositas, vel alterius finis praecipere Mago, ut maleficium coram se faciat.
- 8 An licet maleficium destruere? Proponitur dubitandi ratio.
- 9 Certum est licitum esse Mago hac signa data à dæmonie destruere.
- 10 Imo non solum licitum, sed obligatorium ex charitate est in eo, qui confessus illorum fuerit.
- 11 Adde licere signa contraria apponere si debito fine apponantur.
- 12 Satisfact rationibus, n. 7. adductis.
- 13 Quid licet iudicibus circa maleficos.

1. Præmitto. Primo effectum maleficij duplicum esse alium in se bonum, alium alteri nocuum; & tuncque potest esse independens à dæmonie, vel ab illo dependens, si effectus in se bonus sit, qualis est salus scientia, & pecunia dæmonis arte comparata, neque à dæmonie in conservacione penderat, poteris illam retinere, eisque vti, quia in illorum vsu nullam cum dæmonie societatem habes, sed potes penitentie societatis habite, & re naturali vti, ac si à Deo tibi esset dimititus concessa: neque enim ex concessione dæmonis aliquam habet maculam: sic Martin. Deltio lib.2. disquisit. mag. q.4. lxx. F. Suar. rom.1. de Relig. lib.2. de superst. cap.15. n.24. in fine. Et cap.17. num.1. Et 2. Valent. 2. 2. disq.6. quaest.13. p. 2. col. 5. Vers. quarto neque. Sanch. lib.7. de matrimonio-disput.96. num.4. & lib.2. cap.41. num.1. Et cap.42. num.20. Victoria de Magia quæst.4. num.19. Solum in retentione diuiniatum, & aliorum honorum exterorum est aduentendum sèpè scientia esse, & illuoria, & sèpè ab aliis sublata. Quapropter ut illorum vnius tibi licetus sit, constat ut ibi debet veras eff diuitias, & ignorare esse ab aliis sublatas: dum enim ignoras ab aliquo sublatas esse, præsumete potes ex profundo maris, vel aliquo thesauro, aut minerali sub nullius potestate existente deducas esse: sic Suar. 1. de Relig. lib.2. de superst. cap.17. num.3. Sanch. lib.2. in decal. cap.4. num.2. Bonac. disq.5. de primo decal. præc. q.4. p.5. num.11. in fine. Verum si effectus maleficij comparatus à dæmonie penderat, tametsi in se bonus sit, nequamque licet illum sic retinet: quia talis retentione esset quedam cum dæmonie conseruatione. Vnde si salutem, diuitias, scientiam promiserit tibi dæmon conseruare, quamdiu tali ceremonia vnius fuerit, nequamque tibi licet tali ceremonia vti, esto omnia illa bona amissuras sis; quia non licet maleficium vti ad beneficium obtinendum: sic Suarez expedit. lib.2. de superst. c.17.n.2. & est omnium sententia.

2. Præmitto. Secundò, si effectus maleficij alteri nocuum sit teneris, mediis omnibus licet: corum remedium procurare. Quia teneris nemini injuriarum facere, & factam quoad possis reparare: sic ex omnium sententia supponit Suar. lib.2. de superst. c.17.n.13. Et Sanch. lib.2. in decal. c.41.n.22.23.

3. Difficultas autem est in decidendo que media licita sit. Quædam enim sunt supernaturalia, quadam naturalia, quædam superstitionis.

4. Et quidem licitus esse, & aliquando obligatorium mediis supernaturabilibus vti ad curandos maleficij effectus, indubitatum est: quia ad hæc sunt instituta, illisque mouetur Deus, ne amplius nocumentum permittat. Hæc multipliciter sunt. Alia sunt generalia pro omni beneficio consequendo, damnoque vitando, nempe oratio, cum sèpè, & fiducia,

exercitum bonorum operum, misericordia, humilitatis, & penitentie, vñus sacramentorum, confessionis, & Eucharistie, & reliquiarum sanctarum gestatio, & veneratio. Alia hunc effectum specialiter ab Ecclesia diriguntur, ut sunt exercitii Ecclesie, quibus Ecclesia dæmones adiurat, & à nocendo detinet. Item aqua benedicta, sal & panis benedictus, quæ ex precibus Ecclesie vim habent ad dæmonum potestatem coercendam; mouetur enim Deus his precibus afflister, protegere, & defendere talibus sacramentalibus munitionis. Alia item ratione sua significatiois speciale vim habent dæmonas coercendi. Hæc sunt signo se crucis munire, quo sanctissimam Trinitatem venerans, memoriam passionis Christi recolendo: illo enim signo Christum crucifixum refens, & diabolο obiciis, quod illi durum est: quia videt illo signo esse viatum, & superatum, & adhuc diuinam virtutem ibi afflister. Deinde est invocatio nominis Iesu; quia obiectus ille Iesus, quod fuit viatus, & quia huic nomini non solum celestes, & terrestres, sed etiam infernales potestates subduntur. Vide de his remedii Martin. Deltio lib.2. disquisit. mag. cap. 9.3. & seqq. 3. Lessius lib.2. de iustitia, cap. 44. rot. 2. dicitur 5. Dixi aliquando esse obligatorium his remedii spiritualibus vti: quod quando hoc sit ex iis quæ diximus tunc de orationis obligatione, tum de charitate in proximum colligendum.

4. Naturalia remedia licita per se sunt, & Mago obligatoria, si illis nocumentum factum curari, repararique potest. At raro hæc remedii naturali efficacia habent, dum dæmoni à nocendo non deficit, quia ipse vim medicamentorum facile potest eldere, vel contraria apponendo, vel vias obstruendo, vel se interponendo: sic Lessius dicto dub. 5. n. 28. Suan. lib.2. de superst. c.17.n.7. Superstitionis remedia voco, quæ ex pacto dæmonis, & arte magica sunt. Et de iis certa sententia est in nullo casu licet: quia in nullo casu licet vti opéra dæmonis, & cum illo commercium, & Societatem habere; quia et intrinsecè malum: sic omnes doctores.

